Λύκη, ης, (ἡ), prima lux quæ præcedit ortum ſolis, apud priſcos Græcos; λυκέφως hodie vocatur. Hinc putat Macrob. λύκȣς *lupos* dictos, quod hæ feræ antelucanum tempus ad rapienda pecora, poſt famem nocturnam maxime obſervant.

Λυκιᾶνοὶ, οἱ, *Lycienſes* h. e. hodiernæ urbis *Lecce* in Hydruntina provincia oppidani; ſicuti urbs ipſa Λυκία, ſive Λύκιον vocabatur. At poſtquam illuc a Romanis deducta colonia fuit, eam tum *Lupiam*, aut *Lupias* vocari contigit: conſueto ſcilicet more, quo Coloniis Romanis interpretamenta priorum appellationum peregrinarum pro nominibus indebantur. Vide Cl. Mazoch.

Colleƈt. V. pag. 521.

Λυκοθαρσὺς, έος, (ὁ καὶ ἡ), *magnanimus*, in Epigr.

Λυκοκτόνος, ου, (ὁ), *lupum occidens*. Sophocl. in Eleƈtra. Nam hujuſcemodi βαρύτονα Aƈtivam habent ſignificationem, ut tradidit Moſcopulus: ſed προπαροξύτονα Paſſivorum habent vim, ut λυκόκτονος, *a lupo interemptus*, quod eſt cognomentum Apollinis apud Sophoclem, quod ei lupi immolarentur. Quin & λυκόκτονος θεός κατ' ἐξοχὴν appellatur.

Λυκόφρων, ονος, (ὁ), *alta ſapiens*. Eſt & nomen Poetæ Chalcidenſis ex Eubœa, filii Soclis, adoptione vero Lyci Rhegini. Hinc fuiſſe olim aliud Poetæ nomen, idque poſt adoptionem ita fuiſſe immutatum, ut a Lyco patre *Lycophron* vocaretur, non inepta virorum eruditorum conjeƈtura fuit. Cl. Mazoch. Comment. in Tabb. Heracl. pag. 70. num. 7.

Λυκοῤῥαίστης, ου, [ὁ], *luporum occiſor*: λυκοῤῥαῖσται κύνες, in Epigr.

Λύκος, ου, (ὁ), *lupus*. Iliad. δ. v. 471.

Λυκοσπάδες, [οἱ], equi dicuntur a freni genere, quod λύκος Græcis, & *lupatum* Latinis appellatur. Cæl. lib. 11. cap. 58. & Euſtath.

Λυκοῦργος, ου, (ὁ), *Lycurgus*, Lacedæmonum Rex, legibus ſanƈtiſſimis conditis clariſſimus. Cur autem Lycurgi leges Ῥῆτραι diƈtæ fuerint, ut & Tarentinorum, & Heraclienſium, videſis apud Cl. Mazoch. Comment. in Tabb. Heracl. pag. 235. num. 43.

Λυκωπίτης, ου, (ὁ), nom. prop. Paſt. Theocr. Idyll. ζ. v. 72.

Λυχνίτης, ου, (ὁ), *Lychnites*, ſpecies pyropi, & carbunculi. Plin.

Λῦμα, τος, (τὸ), *ſordes*, *purgamentum*. Iliad. α. v. 312.

. . εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον.

. . . *ſordes in mare porriciebant*.

Λυμαίνομαι, *vaſto*, *lædo*, *corrumpo*. Ariſtoph. νεφ.

Λυμαίνω, *idem*.

Λυμαντὴς, (οῦ), *pernicies*, *peſtis*. Sophocl. in Trachiniis:

Οἷον κατακτήσατο λυμαντὴν βίου.

Qualem ſortitus peſtem vitæ.

Λυμαντὴρ, ῆρος, (ὁ), *corruptor*: metaphor. autem *cœnarum*, & *conviviorum everſor*.

Λύμη, ης, (ἡ), *pernicies*, *ærumna*, *ſordes*. Apoll. 2. Arg.

. . ῥύσασθαι δυσάμμορον ἀνέρα λύμης.

Λύομαι, *ſolvo, libero, redimo*. Iliad. α.

. . λυσόμενός τε θυγάτρα.

. . *redempturus filiam*.

Λυπέω, *moleſtia afficio*. Theocr. Idyll. κγ. v. 22.

Κῶρε, θέλω λυπῆν κεχολωμένον . .

Puer, volo moleſtia afficere iratum . .

Λύπη, ης, (ἡ), *dolor, moleſtia*. Theocr. Idyll. ν. v. 90.

. . ἀνετράπετο φρένα λύπῃ.

. . *animo dejectus eſt dolore*.

Λυπινάριον, ου, (τὸ), *lupinum*, &, *lupinus*, ſic dictus, quod ſit amarus. Unde Virgil. 1. Georg. v. 75.

. . *triſtiſque lupini*

Suſtuleris fragiles calamos . .

Λυπηρὸς, οῦ, [ὁ], *triſtis, gravis, anxius*.

Λυπηρῶς, *moleſte, acerbe*.

Λυποθυμία, ας, [ἡ], *animi deliquium*.

Λύρα, ας, (ἡ), *lyra*, quaſi λύτρα, ut quæ Apollini tamquam compenſatio pro bobus a Mercurio ſit data, antea χέλυς appellata. Ariſtoph. in Nebul.

Λυραοιδὸς, οῦ, [ὁ καὶ ἡ], *lyricen*, in Epigr.

Λυρίτης, ου, (ὁ), animal quoddam quod in quercubus gignitur, *Glis*.

Λύριον, ου, (τὸ), *parva lyra*.

Λυρογηθὴς, έος, (ὁ καὶ ἡ), *lyra gaudens*, epith. Apollinis, in Epigr.

Λυρίζω, *lyra cano, cano ad lyram*, quod Poetarum Lyricorum erat, qui ad lyram ſua carmina cantabant, iiſque ſtatuebatur chorus quinquaginta virorum, victorque tauro donabatur.

Λυρόεργος, ου, [ὁ], *lyræ inventor*.

Λυροθελγὴς, έος, [ὁ καὶ ἡ], idem quod λυρογηθής.

Λυροκτυπίη, ης, (ἡ), *ſonus lyræ*, in Epigr.

Λυροκτύπος, ου, [ὁ], *citharœdus*, Nonn.

Λυσιγάμος, ου, [ὁ], *ſolvens nuptias*, in Epigr.

Λυσίδικος, ου, (ὁ), *qui omnia jura diſſolvit*. Cic. Philipp. 11.

Λυσίεθειρα, ας, (ἡ), *ſoluta capillos*, in Epigr.

Λυσιζώνη, ης, (ἡ), epitheton Dianæ, quod parientibus zonam ſolvat. Orph. hymn. 1.

Λυσιμελὴς, έος, [ὁ καὶ ἡ], *ſolvens membra*, epith. Somni. Odyſſ. ψ. v. 343.

Λυσιμέριμνος, ου, [ὁ], ut λυσιμέριμνος Βάκχος : *Bacchus*

ſol-

ſolvens curas, in epigr.

Λυσίνομος, ȣ, [ὁ], *ſolvens legem*, *legirupa* Plaut. Nonn.

Λυσιπήμων, *ſolvens damna*; corripitur apud Orph.

Λυσίπονος, ȣ, (ὁ), *ſolvens labores*; ut λυσίπονος μῦθος, *oratio ſolutrix doloris*.

Λυσίπονος, ȣ, (ὁ), *idem*. Nonn. μα.

Λυσίφρων, ονος, [ὁ ἡ], *ſolvens mentem*, *a curis liberans*, epith. Lyæi.

Λυτὴρ, ῆρος, [ὁ], *liberator*, Nonn. προέηκας ὅλης λυτῆρα γενέθλης.

Λυτήριος, ȣ, [ὁ], *ſolutorius*, *ſolutor*: ut λυτήριος Ἀπόλλων, Eurip.

Λύτωρ, ορος, [ὁ], *ſolutor*, in Epigr.

Λύω, *ſolvo*. Iliad. α. v. 12. & v. 20. & in Epigramm. lib. 1.

. . πρυμνήσια λύετε ναῦται . . Hinc λῦσαι ζώνην, *ſolvere zonam*: λῦσαι μίτρην: Callimachus:

. . ἐλύσατο μίτρην. Verum hic notandum hanc locutionem triplicem habere ſenſum. Primo enim ſumitur pro *parere*: ut apud Apoll.

. . ὦ ἐπὶ μούνῳ μίτρην πρῶτον ἔλυσα.

. . *quem unicum peperi*. Secundo ſignificat *virginitatem eripere*: Muſæus:

. . ὁ δ' αὐτίκα λύσατο μίτρην.

. . *ſtatim virginitatem eripuit*. Tandem accipitur pro *virginitatem amittere*: unde ἄμιτροι dicuntur puellæ innuptæ & conjugii expertes. Vide Schol. Apoll.

Λύω, corripitur Iliad. ρ. v. 298.

Λωποδύω, *ſpolio*, apud Ariſtoph.

Λωποδυτέω, *furor*, *ſpolio*. Ariſtoph.

Λωποδύτης, ȣ, (ὁ), *fur veſtium*, *ſuppilator*, *viarum obſeſſor*, *graſſatorem* Latini vocant. Sumitur etiam ſimpliciter pro *fure*. Nonn.

Λωτόφαγοι, [οἱ], populi qui ex loto arbore victitant. Nota eſt Homeri Odyſſ. lib. 9. de Lotophagis fabula. *De arbore* quæ pro *Loto* habetur, *& de herba* quam eodem nomine donant, videatur Plinius lib. 13. cap. 17. Et Cl. Salmaſius in Plinianis exercitationibus.

M

Μᾶ, ὀρκωμοτικὸν ἐπίῤῥημα, jurandi Adverbium, ſignificat *per*, aliquando negat per ſe, aliquando etiam affirmat. Sic νὴ *idem*, ſed καταφατικῶς plerumque ſignificat. Iliad. α. v. 85.

Ου μὰ γὰρ Ἀπόλλωνα . . *non per Apollinem* . .

Μᾶγας, ἄδος, (ἡ), inſtrumentum ἐντατὸν, h. e. *fidibus tenſum*, ſicut cithara, lyra, barbitus, ut id ab Athenæo traditur lib. 4. pag. 182. Videſis Cl. Ezechielis Spanhemii obſervationes in Hymn. Dianæ v. 253. pag. 472. & Cl. Mazoch. tom. 1. Spicileg. Biblici pag. 304. num. 5.

Μᾰδάω, *ſum calvus*, *glabreſco*. Ariſtoph. in Pluto.

Μαινὶς, ίδος, [ἡ], *mæna*, *piſcis*, *halec*, vel *balecula*. Oppian. Halieut. α. v. 109.

Βόσκονται μαινίδες, ἰδὲ τράγοι, ἠδ᾽ ἀθερῖναι.

Paſcuntur mænæ, & hirci, & ariſtæ.

Μᾰκᾰρ, ἄρος, (ὁ ϗ ἡ), *beatus*, *felix*. Iliad. α. v. 338.

Μᾰκᾰρίζω, *beatum & fortunatum prædico*. Anacreon ode μγ.

Μακαρίζομέν σε, Τέττιξ.

Beatam prædicamus te, o Cicada.

Μακαρίτης, & μακαρῖτις, in feminino genere dici ſolet, cum nominamus defunctos vita, quaſi *beatos*; ut nunc *felicis memoriæ*. De hac voce ita obſervavit Portus ὁ πάνυ. Theocr. Idyll. β. v. 70.

Μᾰκελλα, ης, (ἡ), *ligo*. Iliad. φ. v. 259. Apud Heſiodum invenitur μακέλη, proindeque ſecunda ſyllaba correpta.

Δμωὸς ἔχων μακέλην . .

Μᾰκεσικρᾶνος, ου, [ὁ], epith. Upupæ: a criſta capitis: Th. μᾶκος Dorice pro μῆκος, *longitudo*.

Μακροτρᾰχηλοι ἵπποι, *longo collo præditi*, h. e. *magni*. Iliad. ψ.

Μακροθῡμέω, *ſum patiens*, *ſum leni animo*. Matth. cap. 18. μακροθύμησον ἐπ᾽ ἐμοὶ, interpr. *differ iram erga me*, Beza vertit, *cohibe iram erga me*, & docet eo loco θυμὸν *iram* ſignificare, & quidem præcipitem, quam Galenus

lenus ὀξυθυμίαν appellat, *iræ acerbitatem* & *præcipitationem* dicere poſſumus: quod Cicero *excandeſcentiam* commodiſſime interpretatur: *animum* autem Horatius in illo verſiculo: *ira furor brevis eſt*, *animum rege*. Unde & *animoſi* Græcis dicuntur θυμώδεις. Μακροθυμία, *tolerantia*, *longanimitas*.

Μακρόθυμος, ου, (ὁ), *longanimis*, *patiens*, *longus naribus* apud Hebræos: cui opponitur ὀξύθυμος, *præceps animi*, *iræ impatiens*, *brevis naribus*. Ut vero apud Hebræos narium longitudo *patientiam*, brevitas ὀξυθυμίαν notet, inde factum eſſe opinatur Cl. Mazochius, quod qui iraſcuntur, nares corrugant; itaque reſidente producunt. Unde Perſius:

Diſce ſed ira cadat naſo rugoſaque ſanna. Et *corrugare nares* apud Latinos tantumdem eſt quod *ſuccenſere*. Hinc Hom. Odyſſ. ξ. v. 317.

Τοῦ δ' ὠρίνετο θυμὸς, ἀνὰ ῥῖνας δὲ οἱ ἤδη
Δριμὺ μένος προὔτυψε.
Hujus inardeſcente animo, jam ſpiritus acer
Nare foras prorumpit. Sicut igitur narium corrugatio ὀξυθυμίαν, ita earumdem explicatio, ſive productio, μακροθυμίαν prodit; indeque ortum eſt, ut *longus naribus* patientem ſignificaret. Tom. 2. Spicileg. Bibl. pag. 62.

Μᾶλα, *valde*, *multum*. Iliad. α. v. 84.

Μαλακαίπυς, οδος, [ὁ καὶ ἡ], *molles & teneros habens pedes*, metri cauſſa pro μαλακόπυς. Theocr.

Μαλακὸς, ου, [ὁ], *mollis*, *placidus*, *mitis*. Iliad. α. v. 581.

Μαλακότριχες, [οἱ], *quibus ſunt molles capilli*, uti apud Ariſtotel. vocantur Scythæ.

Μαλακύνομαι, *emollior*, *miteſco*.

Μαλακύνω, *emollio*.

Μαλερὸς, ου, (ὁ), *perniciofus*, *ſævus*, *fervidus*. Apollon.

Μαλθακὸς, ου, (ὁ), *mollis*, *languidus*. Iliad. ρ. v. 587.

Μαλὶς, ἴδος, nomen Nymphæ. Theocr. Idyll. ιγ. v. 45.

Μάλιστα, *maxime*, Ariſtoph. affirmantis eſt: ut negantis ἥκιστα πάντων apud eumdem in Pluto. Sic Latini *maxime omnium*, *minime omnium*, & *minime gentium*: in quibus eſt ἐπίτασις ὑπερθετική.

Μαλλοπάρηος, ου, (ὁ καὶ ἡ), *teneras habens & molliculas genas*, velleris inſtar. Theocr.

Μαμμάκυθος, ου, (ὁ), eſt nomen proprium cujuſdam, ſo-

la

la inſignis fatuitate. Unde apud Ariſtoph. in Ranis, κεχηνότες μαμμάκυθοι dicuntur h. e. *biantes mammacuthi*. Atque haud ſcio an hinc factum ſit, ut homines id genus *mammalucos* dicamus. Vide Roberti Conſtantini Lexicon ad hanc vocem, & Eraſmum in Proverbio: *Stultior Melitide*.

Μάμερτος, ἄρης, *Mars*, ſive *Mamers*, lingua Oſcorum, a quo per ſyncopen *Mars* exſtitit. Utrumque enim nomen Orientale eſt. Atque a Mamertis cultu in Syla, ſylva Brettiorum in Calabria, tum Marti ipſi *Sylvani* cognomen quæſitum, tum cultores ſui *Mamertini* appellati. Vid. Cl. Mazoch. Collect. X. pag. 548. num. 119.

Μαμερτῖνοι, [οἱ], Urbis Mamertii in faucibus Sylæ ſylvæ incolæ; apud quam & Martis ſive Mamertis fanum fuit religioſe cultum: nam in ſylvis Marti templa ſtatuere moris erat. De Thracibus præcipuis Martis cultoribus ſic Statius Theb. VII. 40.

Hic ſteriles delubra notat Mavortia ſylvas &c. Vide eumdem Mazochium ibidem.

Μανικὸς, & μανιακὸς, (ὁ), *inſanus*. Orph. in Bacch.

Μανιόχητος, *furioſe libidinoſus*, cujus pubes inſanit, Ariſtoph.

Μαργαρίτης, ου, (ὁ), *margarita*, *unio*. Veteres neutro genere *margaritum*.

Μαριανδυνοὶ, [οἱ], ſatellites, qui regum latera ſtipant, Euſtath. Iliad. π. Fuerunt autem *Mariandyni* ab Heracleotis in ſervitutem redacti, ut οἱ εἵλωτες a Spartanis: unde ſicut εἵλωτες, ita *Mariandyni* vocabantur *ſervi*, *mancipia*. Dionyſ. Perieg. v. 788.

Καὶ Μαριανδυνῶν ἱερὸν πέδον . . .

Et Mariandynorum divinum ſolum . . .

Μαργίτης, ου, [ὁ], *ſtolidus*, *nebulo*. Æſchinus objicit Demoſtheni, quod μαργίτην τὸν Ἀλέξανδρον vocarit, quem locum exponens Suid. deducit a Margite quodam inſigni fatuo, qui ultra quinque numerare non poſſet: & cum virginem duceret, eam non auſus eſt attingere, metu, ne illa matri ejus indicaret.

Μαρίλη, ης, (ἡ), *cinis*, *favilla*: item, *pulvis carbonum tenuiſſimus*. Unde illud: *Faber fumo oppletus & marila*. Ariſtoph. in Acharn.

Μαριλοπότης, ου, (ὁ), *qui cinerem bibit*, Vulcani epitheton, & fabrorum, qui favillam ſæpe hauriunt.

Μα-

Digitized by Google

Μᾰρύομαι, & μᾰρύω, Dorice, pro μηρύομαι, *filum deduco*. Heſiod. 2. ἔργων.

Μᾰσάομαι, *mando*, *manduco*.

Μᾰσημα, τος, [τὸ], *manſum*. Gaza ex Theophr. μάσημα ἐκβάλλουσι, καὶ χυλὸν καταπίνουσι: *exſpuunt manſum, devorato ſucco*. At *Manſus* ævo ſequiore certum agri modum notavit. Ab eoque factum videtur *Manſonis* vocabulum (quaſi dicas Manſorum congeriem) quod poſtea in Italicum *Mazzone* abiit. Vide πολυμαθέστατον Mazoch. Collect. I. pag. 150. num. 26.

Μασσύλοι, *Maſſyli*, mediterraneæ illius partis Mauritaniæ populi, unde non longe abſunt horti Heſperidum, & mons Atlas. Virg. 4. Æneid.

Hinc mihi Maſſylæ gentis monſtrata Sacerdos.

Μάστιξ, ῖγος, [ἡ], *flagellum*, *verbera*, *vibex*. Unde *Homeromaſtix* dictus eſt Zoilus ille, qui contra Iliadem & Odyſſeam Homeri ſcripſit. Iliad. ε. v. 227. ſed corrip. Orph. hymn. in Sol.

Μαστῑγεὺς, έος, [ὁ], *virgator*.

Μαστιγίας, ου, (ὁ), *maſtigia*, *verbero*; Athen. *qui vibicibus inſcriptus eſt*: tales *flagriones* Nonio.

Μαστῑγοφόρος, ου, (ὁ), *flagellifer*, *lictor*, qui Agonothetas in Sacris certaminibus comitabatur ad ſubmovendam turbam, & cohibendas ſeditiones.

Μαστῑγόω, *flagello*, *pulſo*. Sed corripitur apud Heſiod.

πλευράς τε καὶ ὤμους

ὑργῇ μαστιγόων.

Μᾰχᾰνῖτις, ιδος, [ἡ], *machinatrix*, Minervæ cognomentum, quod ipſa excogitatorum omne genus, & machinationum inventrix exſiſtat, Pauſanias in Arcadicis cap. 39. apud quem in Corinthiacis Iupiter quoque Μηχανεύς appellatur. Vide Cl. Mazoch. de Campano Theatro pag. 161. & tom. 2. Spicileg. Biblici pag. 59.

Μᾰχάων, ονος, nom. propr. Iliad. β. v. 239.

Μεγάθῡμος, ου, [ὁ καὶ ἡ], *magnanimus*. Iliad. α. v. 123.

Πῶς γάρ τοι δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί;

Quinam tibi dabunt præmium magnanimi Achivi?

Μεγαλοκίνδῡνος, qui in magnis ſubeundis periculis vitæ non metuit.

Μεγαλοκῡμων, (ὁ καὶ ἡ), *magnos fluctus excitans*.

Μεγαλομῡκήτης, ου, [ὁ], *valde mugiens*: item, *rudens*, aſini epith.

Μεγαλοπολῖτης, Pollux, *qui eſt ex magna urbe*, *magnæ*

urbis

urbis civis: cui opponitur *μικροπολίτης*.

Μεγαλοψῦχος, ε, [ὁ], *magnanimus*.

Μεγαλῦνομαι, *glorior*, *efferor*, *ſuperbio*.

Μεγαλῦνω, *magnifico*.

Μεθομιλέω, *una verſor*. Iliad. *α*. *τοῖσιν ἐγὼ μεθομίλεον*.

Μελαδίνης, ε, [ὁ], *nigros habens vortices*. Th. *δίνη*.

Μελάμπυγος, ε, (ὁ), *ἀνδρεῖος*: cognomen Herculis, ut minime effeminati, aut mollis: nam talem *λευκόπυγον* nominant.

Μελάμπυρον, ε, [τὸ], herba, in quam degenerat triticum. Theophr. lib. 9. cap. 5. Hæc vox præter communem ſignificatum, ſignificat etiam *vertebram*, & *verticillum*, e figura granorum, quæ *verticillum* referunt.

Μελιγάρυς, ῦος, (ὁ κ. ἡ), *ſuavis*, vel *ſuaviter canens*: ut *μελιγάρυες ὕμνοι*, *ſuavi-ſoni*, Dorice, pro *μελιγήρυες*: quo nomine Ennius Marcum Cethegum vocavit, nimirum *μελιγήρυν Suadæ medullam*, quaſi diceres, *dulciloquium*. Vide Politian. in Miſcell. cap. 91.

Μελίτης, ε, (ὁ), *gemma colore mali aurei*, Plin. lib. 37. cap. 11.

Μελιτίδης, ε, (ὁ), *Melitides*, unus ex illis fatuis, quos Homerus carmine ſuo celebres fecit. Everſa enim Troja veniſſe legitur citus ad ferendas Priamo ſuppetias. Hinc Apul. Apolog. *Apud ſocordiſſimos Scythas Anacharſis ſapiens natus eſt, apud catos Athenienſes Melitides*.

Μελιτίτης, ut *μελιτίτης οἶνος*, *melitites vinum*. Fit ex muſto, & melle. Plautus *Mellinam* vocat, cum ait in Pſeudolo: *Murinam*, *paſſum*, *defrutum*, *mellinam*.

Μελίχρυσος, gemma, quæ ex India mittitur. Plin. lib. 37. cap. 9.

Μεμαότες, *cupientes*. Iliad. *β*. v. 325.

Μενέλαος, nomen propr.

Μεσημβρινος, ε, (ὁ), *meridianus*. Opp. Κυνηγ. *α*. v. 298.

Καίτε μεσημβρινὸν δίψης δριμεῖαν ἐνιπήν.

Et meridianam [ferre] *ſitis acrem vim*. Et Lib. *β*. v. 17.

Μεσσάλας, ε, (ὁ), *Meſſala*, ita dictus eſt Valerius Corvinus, quia Meſſanam in Sicilia vicit, & urbis captæ in ſe tranſlato nomine, *Meſſana* primo, paullatimque vulgo permutante literas, *Meſſala* dictus eſt.

Μεσσαλίνη, ης, (ἡ), *Meſſalina*, nomen filiæ Barbati Meſſalæ, conſobrini Claudii Imperatoris. De hac vide Juvenal. ſat. 6. & 10.

Μησ-

Μησσάπος, ου, [ὁ], *Meſſapus*, unus ex fortiſſimis Italiæ Ducibus, qui Turno adverſus Æneam ſuppetias tulit. Virgil. 7. Æneid.

Μεσσάπία, ας, (ἡ), *Meſſapia*, Japygiæ regio Tarentinis contermina: qua de re videſis Cl. Mazoch. Collect. 9. pag. 537.

Μεταγινώσκω, *ſententiam muto*. Sophocl. in Ajace.

Μετακιάθω, *tranſeo*. Odyſſ. λ. v. 22.

Μετακινέω, *tranſmoveo*.

Μετακύμιον, ου, (τὸ), *fluctuum intervallum*, Heſych.

Μετακύμιος, [ὁ καὶ ἡ], *poſt fluctus adveniens*, *ſeu fluctibus ſuccedens*, *tranquillus*: apud Euripid. in Alceſtide Apollo invocatur, ut ſit μετακύμιος ἄτας, h. e. *calamitati finem imponat*, qua tamquam fluctu obruta erat Admeti domus.

Μεταπωρινὸς, οῦ, [ὁ], *autumnalis*. Arat. v. 1064.

> Αὐταρ ὅτε σφῆκες μεταπωρινὸν ἤλιθα πολλοί.
> *Sed cum veſtæ autumni tempore glomeratim multæ.*

Μετεμψυχόω, *animam traduco ex uno corpore in aliud*.

Μετεμψύχωσις, εως, [ἡ], Latine reddi poteſt, *animæ tranſmigratio*, h. e. tranſitus animarum ex uno corpore in aliud, quod fuit Pythagoræ dogma.

Μεθίημι, *remitto*. Iliad. δ. v. 234.

> . . μήπω τί μεθίετε θούριδος ἀλκῆς.
> . . *ne quid remittatis de impetuoſa fortitudine*.

Μηκύνομαι, *porrigor*. Dionyſ. Perieg. v. 417.

> . . μηκύνεται ὕδασι Λάδων.
> . . *porrigitur aquis Ladon*.

Μηνίω, *iraſcor*. Iliad. β. v. 276.

Μηνύω, *indico*. Hom. εἰς Ἑρμῆν. v. 373.

> Μηνύειν δ' ἐκέλευεν . .
> *Indicare jubebat* . .

Μήνιμα, τος, (τὸ), *ira*. Iliad. χ. v. 358.

> . . μήποι τί θεῶν μήνιμα γένωμαι.
> . . *ne tibi aliqua Deorum iræ cauſſa ſim*.

Μήνυμα, τος, [τὸ], *indicium*, *ſignum*.

Μηνυτωρ, ορος, (ὁ), *index*, *nuntius*.

Μηρύκω, *ex profundo haurio*, *ſive traho*.

Μηρυκάζω, μηρυκίζω, & μηρυκάσθαι, *ruminare*.

Μήρυμα, τος, (τὸ), *filum*, *lana carpta & carminata*. Heſiod.

Μηρύομαι, & μηρύω, *deduco filum*, *texo*.

Μητροπολίτης, ου, (ὁ), *Metropolitanus*.

Mi.

Μιαίνω, *inquino*, *polluo*. Iliad. δ. v. 141.
Μιαιφόνος, ου, [ὁ], *inquinatus cæde*, Epith. Martis, Iliad. ε. v. 31.
Μιαρὸς, οῦ, [ὁ], *fœdatus*, *pollutus*. Iliad. ω. v. 420.
Μικροθυμέω, *ſum animo puſillo*.
Μικρόθυμος, ου, (ὁ), *puſillanimus*.
Μικρόλυπος, ου, [ὁ], *qui parva occaſione ægreſcit*, *ac triſtatur*.
Μικροπολῖται, [οἱ], *urbium minorum cives*.
Μικρόῤῥις, ῖνος, quaſi *parvo naſo* dicas.
Μικροῤῥοπύγιος, ου, (ὁ καὶ ἡ), *cui parvum eſt orthopygium*. Vide ὀῤῥοπύγιον.
Μικρόψυχος, ου, (ὁ), *puſillanimis*.
Μικροψυχέω, *animo deſtituor*.
Μικρύνω, ſive σμικρύνω, *imminuo*.
Μῖλαξ, ακος, (ὁ), genus hederæ, qua poetæ coronabantur. Oppian. Κυνηγ. δ. v. 269.

. . . ἐπήνθει σίλμασι μίλαξ.

. . *efflorescebat in tranſtris ſmilax*.

Μιλήσιος, ου, (ὁ), *Mileti urbis incola*.
Μίλητος, *Miletus*, Joniæ urbs, ubi eximium Apollinis Διδυμέως, quaſi *gemelli*, fanum fuit. Dionyſ. Perieg. v. 445.

Η ἀπὸ Μιλήτου, ἢ ἐκ Κλάρου . .

Aut e Mileto, *aut e Claro* . .

Μιλτῖνος, & μίλτειος, *miniaceus*, *qui e minio eſt*, in Epigr.
Μιλτοθυρὴς, έος, (ὁ καὶ ἡ), ut μιλτοθυρὴς σχοῖνος, *funis rubricatus*, *quo fores tingi ſolent*, ibidem.
Μιλτοπάρῃος, ου, [ὁ καὶ ἡ], *minio fucatus*. Iliad. β. v. 637.

Τῷδ' ἅμα νῆες ἕποντο δυώδεκα μιλτοπάρῃοι.

Hunc ſimul naves ſequebantur duodecim proras rubras habentes.

Μιμαλίων, ωνος, *Mimalion*, adoleſcens qui Atalantam puellam Arcadiæ venatricem amavit. Sunt qui eundem ac Meleagrum dictum fuiſſe putant. Propert. lib. 1. Eleg. 1.
Μιμάλλονες, ſive μιμαλλόνιδες, Bacchæ mulieres: a Mima Joniæ monte: vel μιμέομαι, *imitor*, quod Liberum patrem imitarentur. Ovid. lib. de Arte. Hæ quoque βασσαρίδες, & θυάδες, & ὠγυγίδες vocantur.
Μιμαυλεῖν, *ſimulare*, *imitari tibiarum cantum*.
Μιμέομαι, *imitor*. Anacr. ode λη'. & Βατραχ. v. 6.

. . ἀνδρῶν μιμέμενοι ἔργα γιγάντων.

. . *virorum imitati opera gigantum.*

Μιμηλὸς, ῦ, (ὁ), *imitator*, *æmulus*: ut μιμηλὴ τέχνη. Lucian.

Μῖμημα, τος, (τὸ), *imitamentum* Tacito, *imitamen* Ovidio, *ſimulacrum* Nonn.

Μίμησις, εως, [ἡ], *imitatio*, & figura Rhetor.

Μιμητὴς, ῦ, (ὁ), *imitator*. Plat. lib. 2. de Rep. μιμητὰς pictores vocat, & poetas.

Μιμογράφος, ȣ, (ὁ), poeta qui mimos ſcribit.

Μῖμοι, vocantur verſus ſcenici; & ipſi qui μῖμȣς ſcribunt; & hiſtriones qui pronuntiant.

Μιμολόγος, [ὁ καὶ ἡ], *hiſtrio*, *ſcurra*: ἠχὼ μιμολόγος, in Epigr. quod humanam vocem imitatur.

Μιμὼ, ῦς, (ἡ), *ſimia*, auctore Tzetze, quia hominis morum imitatrix.

Μινύρομαι, *ploro*, *fleo*, in Epigr.

Μίνως, μίνωος, & μίνω, Attice, *Minos*, rex Cretæ. Iliad. ν. v. 450.

Ος πρῶτος Μίνωα τέκε Κρήτῃ ἐπίȣρον.

Qui primus Minoa genuit Cretæ cuſtodem.

Μινωῒς, ΐδος, ut μινωῒς Κρήτη, *Creta Minois*, quod in ea regnavit Minos; & μινώα, vitis ſpecies, auctore Heſych.

Μινώϊος, ȣ, (ὁ), *Minoius.*

Μινώταυρος, ȣ, [ὁ], *Minotaurus*, monſtrum partim hominis, partim tauri formam habens, a Theſeo occiſum. Vide Cl. Mazoch. Collect. I. pag. 512. num. 33.

Μινύθω, *minuo*. Apollon.

Μίνυνθα, *paullulum*: cui opponitur πολλὸν ἐπὶ χρόνον. Odyſſ. ο.

Μινυνθάδιος, ȣ, [ὁ], *brevis temporis*, *parum durans*. Iliad. α. v. 351.

Μινυώριος, ȣ, (ὁ), *fluxus*, *cito periturus*. Nonn. μινυώριον ὕδωρ, *aqua parum durans*, μινυώρια τέκνα, in Epigr.

Μινύωρον, *paullulum*.

Μισανθρωπεῖν, *homines odiſſe*.

Μισάνθρωπος, ȣ, [ὁ], *inhumanus*, qualis Timon Luciano.

Μισέλλην, ηνος, [ὁ], *odio proſequens Græcos*.

Μισέω, *odio proſequor*. Iliad. ρ. v. 272.

Μίσησεν δ' ἄρα μιν . .

Oderat autem illam . . Et Arat. v. 133.

Καὶ

Καὶ τότε μισήσασα Δίκη κείνων γένος ἀνδρῶν.
Atque tunc exoſa Juſtitia illorum genus hominum.
Μισόγαμος, ȣ, (ὁ), *a nuptiis abhorrens, alienus*, in Epigr.
Μισογύνης, ȣ, [ὁ], *oſor mulierum*.
Μισογύναιος, *idem*.
Μισογυνεία, ας, [ἡ], *odium mulierum*.
Μισόδημος, ȣ, [ὁ], *hoſtis plebis, minime popularis*.
Μισόδικος, ȣ, [ὁ], *qui negotium faceſſere aliis non ſolet, ſibique exhiberi metuit*, in Epigr.
Μισολογῶ, *bonas literas odi*.
Μισολόγος, ȣ, (ὁ), *oſor rationis, ignarus, hoſtis literarum*.
Μισόνοθος, ȣ, (ὁ καὶ ἡ), *qui odio nothos habet*, in Epigr.
Μισόξενος, ȣ, [ὁ], *inhoſpitalis*.
Μισόπολις, εως, (ἡ), *oſor civitatis*.
Μισοπονεῖν, *laborem detrectare*.
Μισόπονος, ȣ, [ὁ], *laboris oſor, hoſtis*, in Epigr.
Μισοπονηρεῖν, *malos exſecrari*.
Μισοπόνηρος, ȣ, [ὁ], *malorum oſor*, in Epigr.
Μισοπορπακίσατος, *belli oſor*: a πόρπαξ, quod annulum, aut lorum ſignificat, quo ſcutum tenetur, apud Ariſtoph.
Μισοπράγμων, ονος, *qui negotiis curandis abſtinet*.
Μισοπωγων, ωνος [ὁ], *oſor barbæ*; quo nomine inſcripſit Julianus Apoſtata Στηλιτευτικὸν ſuum adverſus Antiochenos.
Μῖσος, εος, [τὸ], *odium*. Quum vero penultimam brevem habet, & acuitur, ſignificat *ſcelus, impuritatem*.
Μισόσοφος, ȣ, (ὁ), *philoſophiæ oſor*.
Μισοτύραννος, [ὁ καὶ ἡ], *odio habens tyrannos*, in Epigr.
Μισόφιλος, ȣ, [ὁ], *amicis inimicus*.
Μισόχρηστος, *inviſus bonis, hoſtis bonorum*.
Μισώδης, εος, [ὁ καὶ ἡ], *odio dignus*.
Μιτορραφής, [ὁ καὶ ἡ], *filo conſutus*, in Epigr.
Μῖτος, ȣ, [ὁ], *filum, licium*. Iliad. ψ. v. 764.
Μιτροχίτων, ωνος, [ὁ], *delicatus, mitris præcinctus*, Sybaritarum cognomen propter nimiam mollitiem. Hom. Iliad. π. v. 439. ἀμιτροχίτωνας *diſcinctos* appellavit.
Μολυβδῖτις, *molybditis, ſpuma plumbea*.
Μολύνω, *inquino*; item, *in deliciis habeo*. Theocr. Idyll. ε. v. 87.
. . καὶ τὸν ἄνθεσι παῖδα μολύνει.
Μονάτωρ, ορος, [ὁ], ut μονάτορες ἵπποι, *equi deſultorii, deſultores, ſingulatores, ſingularii* [ut in inſcriptione apud Grut.

Grut. 1028Ꝛ.] & maxime uſitato vocabulo *ſingulares*. Iidem & *ſimpli* in vetere Epigr. apud Salmaſium, nec non *ſolitarii* vocantur, ex eo quod eſſent ἄζευκτοι, h. e. *ad currum non juncti*. Hinc & equites ipſi, qui hiſce equis utebantur, iisdem nominibus appellati fuere. Atque hi erant Equites illi, qui binos trahebant equos, ut inter acerrimam pugnam, ut loquitur Livius, in recentem equum ex feſſo tranſilirent: contra quam Reineſius aliique ſenſerunt, nimirum *ſingulares* dictos fuiſſe, quaſi *uno equo merentes*. Vide Cl. Mazoch. in de Dedicatione ſub Aſcia pag. 24. num. 7.

Μονοφάγοι, apud Athen. dicebantur, quod ſeorſum fere veteres pranderent, more diverſo a Romanis, qui ſimul cum amicis accumbebant; unde cœna ab eis dicta, διὰ τὴν κοινωνίαν, Cæl. lib. 14. cap. 54. & Eraſm. in Chil.

Μονόφυλος, ου, [ὁ], *unius generis*, *ſimplex*.. Opp. Κυνηγ. α. v. 398.

. , ἀτὰρ ὑπέροχα πάντων

Φῦλα μένει μονόφυλα . .

Sed præſtantiſſima omnium genera manent ſimplicia.

Μονοσιτεῖν, *ſemel in die uti cibo*. Sed Athen. lib. 2. uſurpavit de iis qui ſoli veſcuntur, & cibum capiunt, quod & μονοφαγεῖν dicebatur.

Μορμῦρος, ου, [ὁ], *ſpecies piſcis*. Opp. Κυνηγ. α. v. 74.

Αρκτων ἐπακτῆρες, καὶ μόρμυρον ἀσπαλιῆες.

Urſum (necant) *venatores*, & *mormyrum piſcatores*.

Latine vero producitur *mormyris*. Vide Ovid. Halieut.

Μορμυρίζω, *fremo*.

Μορμύρω, *murmuro*, *obſtrepo*: verbum fictum a fluviorum ſtrepitu. Iliad. ε. v. 599.

Ἀφρῷ μορμύροντα ἰδὼν . .

Spuma frementem conſpicatus . .

Μορῦνα, *ornæ formæ lenociniis*.

Μόσυν, & μόσσυν, υνος, [ὁ], *turris*, *domus lignea*, *ſedile ligneum*, *tribunal*, & *ſuggeſtum ligneum*. Dionyſ. Perieg. v. 766.

. . καὶ οἱ μόσσυνας ἔχουσι

Δουρατέους . . & *qui turres habent ligneas*.

Μοσσύνοικοι, *Moſſynæci*, populi Aſiæ verſus Septemtrionem. Pompon. lib. 1. & Apoll. Argon. v. 378.

Τῇδ' ἐπὶ Μοσσύνοικοι ὁμούριοι ὑλήεσσαν.

Hoc poſt Moſſynæci finitimi ſylveſtrem &c.

Μοσχοκάρυον, ου, (τὸ), vocant recentiores Græci medici nu-

nucem moſchatam ſive myriſticam.

Μοσχοσφραγισαὶ, apud Porph. lib. 4. miniſtri qui deſignabant victimas ſigillo impreſſo.

Μοσχῦνομαι, *nutrior*; *vitulor*. Th. μόσχος, *vitulus*, & *ſtolo*: unde μοσχεύω, *vitulor*, *pullulo*; μοσχεύματα, *vitulamina*, ſeu *plantarum ſtolones*. De his vide Cl. Mazoch. tom. 2. Spicileg. Bibl. pag. 235. & 236.

Μυάγρα, ας, (ἡ), *muſcipula*. Th. μῦα. At vero cum ad decipulam ſignificandam adhibetur, qua mures capiuntur, corripitur: incrementum enim nominis μῦς, *mus*, breve eſt: licet producatur Βατραχ. v. 253.

Ην δέ τις ἐν μύεσσι νέος . .

Erat quidam inter mures juvenis . .

Μύαγρος, ου, & (ὁ), μυοθήρας, qui muſcas venatur ſeu captat, muſcarum Deus. Apud Nicand. genus eſt ſerpentis.

Μυγαλῆ, pro μυογαλῆ, ſeu μυογάλη, *mus araneus*, cujus morſus venenoſus. Dioſc. lib. 7. cap. 9. Sed hoc craſi debetur; qua vocalis ſyllabam conſtituens, poſt aliam eliditur; ut ἱρὸς, pro ἱερὸς; quod ſecus accidit, cum fit per ſyncopen; qua de re vide Grammaticos.

Μυδάζω, *abhorreo*, *averto*. Nicand. in Alexiph.

. . αὐτὰρ ὁ ναυσιόεις ἐμυδάζατο δαῖτα.

. . *ſed nauſeans avertit cibum*.

Μυδαίνω, *putrefacio nimia uligine*, vel *madore*, *tabo putri liquefacio*.

Μυδαλέος, ου, [ὁ], *humidus tabo*, *madore putris*: item, *fœdus*, *teter*. Nonn. Γ. v. 387.

Μυδαλέῳ μυκτῆρι κατάσσυτος ἔρρεεν ἰχώρ.

Tabido naſo defluens fluebat ſanies.

Μυδάω, *diſtillo*, *humecto*, *putreſco*, *tabefacio*.

Μυδόω, *uveſco*, Lucret.

Μύδεις, *teſtudines lutariæ*, *ſive mures aquatiles*.

Μυελόεις, εντος, (ὁ), *medulloſus*, *medulla plenus*. Odyſſ. ι. v. 293.

Εγκατά τε σάρκας τε καὶ ὀστέα μυελόεντα.

Inteſtinaque, *carneſque*, *& oſſa medulloſa*.

Μυελὸς, ου, (ὁ), *medulla*. Item, *intimum meditullium*, Euripid. in Hippolith. Μυελὸς, ponitur pro *cerebro* apud Sophocl. quod λευκὸν μυελὸν appellavit. Tandem apud Homer. Odyſſ. β. ſumitur pro *cibo*, *alimento*:

Αλφιτα μυελὸν ἀνδρῶν.

Μυελόω, *medulla impleo*.

Μυελώδης, εος, [ὁ ϰ ἡ], ut μυελώδης ὑγρότης, *humor in ſpeciem medullæ*.

Μυθάριον, ȣ, [τὸ], *fabella*.

Μυθέομαι, *loquor*. Odyſſ. λ. μυθεῖται Βασίλεια : *loquitur*

Μύθευμα, τος, (τὸ), *fabula*, *figmentum*.

Μυθεύομαι, *fabulor*, *inquio*.

Μυθίσκομαι, idem quod μυθεύομαι. Iliad. σ. πάντες μυθίσκοντο : *omnes inquiebant*.

Μυθητὴς, ȣ, (ὁ), *orator*; *ſuſurro*.

Μυθίζομαι, *dico*, Nonnus, & Theocrit. Idyll. 21. τοιάδε μυθίζȣσα τρὶς: *hæc ter locuta*.

Μυθικὸς, ȣ, (ὁ), *fabuloſus*.

Μύθις, ιδος, (ὁ), *divinus*. Nonn. ιδ. v. 18.

Φήμη ἀελλήεσσα Σάμȣ παρὰ μύθιδι πεύκῃ.

Fama procelloſa Sami a divina picea.

Μυθογράφος, ȣ, [ὁ], *fabularum ſcriptor*.

Μυθολογεύω, *loquor*, in Epigr. Phocylid. & Odyſſ. μ. v. 453.

Μυθολόγος, ȣ, [ὁ], *fabulæ ſectator*, *fabulator*.

Μυθολογȣ̃μαι, *ſum in fabula*.

Μυθοπλάστης, ȣ, [ὁ], *fabularum fictor & auctor*.

Μυθομαι, *loquor*. Odyſſ. β. v. 202.

Μύθεαι ἀκράαντον . .

Loqueris incaſſum . .

Μυ̃θος, ȣ, (ὁ), *fabula*, *verbum*, *diſputatio*, *oratio*. Nam qui ſoluta oratione ſcripſerunt, potius λόγȣς, quam μύθȣς appellaverunt. Unde & Æſopum ipſum λογοποιὸν vocarunt; & Plato in Phædone nunc μυ̃θον, nunc λόγον uſurpavit. Nec mirum, ſi μυ̃θος ſignificationem λόγȣ aliquando obtineat, cum veteres μυθεῖσθαι dicerent pro λέγειν, hoc eſt, *narrare*. Iliad. ι. μυ̃θον ἀγασσάμενοι, *orationem admirantes*.

Μυ̃θος, idem quod ςάσις, *ſeditio*. Odyſſ. φ. Unde Anacreon μυθήτας, *factioſos homines* appellat, teſte Euſtath.

Μυθοτόκος, ȣ, (ὁ), *fœcundus verborum*, ut μυθοτόκος καρδίη, *cor fœcundum verborum*, Nonn.

Μυθώδης, εος, [ὁ ϰ ἡ], *fabuloſus*.

Μυ̃α χαλκη̃, *luſus genus*, Heſych. quo pueri obductis oculis protentiſque manibus, tantiſper obambulant, dum aliquem prehendant, dicitur & μυ̃ινδα. apud Polluc. μύινδα. Itali dicunt: *alla gatta orba*. Vide Proſam 1. Mergillines Cl. Emmanuelis Campolongo.

Μυο-

Μυοσοβὴ, ς, (ἡ), muſcarium e ſetis ad arcendas muſcas comparatum.

Μυκαλησσὸς, (ȣ̃), *Mycaleſus*, nomen urbis ſic dictæ, quod ibi mugierit bos præcedens Cadmum ad ædificationem Thebarum, juxta oraculum Apollinis, Etym.

Μυκάω, *mugio*, *reboo*, *rudo*, *rugio*. Aſinorum, & camelorum, & boum eſt, & tonitruum. Ariſtoph. νεφ. & Iliad. φ. v. 237.

Τὰς ἐκβαλλε θύραζε, μεμυκὼς, ἠύτε ταῦρος.

Hos ejecit foras, edito mugitu, tamquam taurus. De *Iove Fiazzo*, h. e. *tonante*, ut qui *ore ſuo* tonitrua orbem territantia exprimeret, videſis quæ nova atque e penu reconditæ eruditionis deprompta litteris conſignavit Ἀρχαιολόγος Mazochius tom. 2. Spicileg. Bibl. pag. 17. & 65. num. 1.

Μυκὴ, ῆς, (ἡ), *boatus*, *mugitus*. Apoll. lib. δ. Argon.

Μυκηθμὸς, ȣ̃, (ὁ), *mugitus*. Theocr. Idyll. κε. v. 98.

. . σεἰνοντο δὲ πίονες ἀγροὶ

Μυκηθμῷ . . *reſonabantque pingues agri mugitu* . .

Μύκημα, τος, [τὸ], *idem*. Nonn. α. v. 47.

Ιμέροεν μύκημα νόθῳ μυκήσατο λαιμῷ.

Deſiderabilem mugitum falſo mugiit gutture.

Μύκης, ητος, & μύκȣ, δίκλιτον enim eſt auctore Heſychio, *fungus*. Item μεταφορικῶς, ſumitur pro morbo oleæ, qui & Latine *fungus* dicitur. Theophr. hiſt. lib. 4. cap. 16. μύκης in lucernis etiam dicitur, & *fungus* Latine, quod inter futuræ pluviæ præſagia Ariſtoph. in Veſpis recenſet. Et in Epigr. & Callimachus:

Μήποτε λύχνε μύχητα φέρῃς . . .

. . ἄδδην ἐγένοντο μύκητες.

. . *abunde fiebant fungi.* . Μύκης præterea gladii ſive enſis *capulum* ſignificat, qui & κρατητὴς dicitur ab Heſychio; non τὴν λαβὴν τȣ̃ ξίφȣς, ideſt, *manubrium*, ut male in Suidæ Codice expoſitum. Nam capulus proprie in enſe id eſt, quod a fungina ſimilitudine, *fungi* apud Græcos nomen obtinuit. Ita interpres Nicand. in Alexiphar. Μύκης denique eſt *pileus:* unde facete dixit Plautus in Trinummo: *Pol hic quidem fungino genere eſt, capite ſe totum tegit.*

Μυκητὴς, *mugitor*. Opp. Κυνηγ. β. v. 104.

Μυκηταὶ, βλοσυροὶ, ζηλήμονες, εὐρυγένειοι.

Μύκησις, εως, [ἡ], *mugitus*.

Μυκητίας, ȣ, [ὁ], *ſonorus*, *ſtreperus*.

Μύλαβρὶς, ἴδος, (ἡ), ϗ μύλακρὶς, blatta mollis, inſectum ſcilicet farina veſcens in moletrinis, magnitudine cicadæ, colore exalbido, Dioſc. lib. 2. cap. 38. & Ariſtoph. in Avibus.

Μύλακρὶς, *genu operculum*, ut vocavit Hipponax Polluce teſte: proſectores *patellam* vocant in Anatomicis.

Μύλακροι, *clavi molares*, qui tamquam dentes molam vertendo ſubigunt: item, *dentes genuini & intimi*, *molares* Iuvenali.

Μυλάνθειοι θεοὶ, dii molarum præſides, qui & ἐπιμύλιοι.

Μύλαξ, κος, (ὁ), *molaris*, ideſt, *lapis magnus*, Iliad. μ. μυλώδης λίθος, Suid.

Μύλη, ης, (ἡ), *mola*, ut *mola aſinaria*, vel *truſatilis*, *frumentaria*, *oleariaque* dicitur a Latinis. Odyſſ. υ. v. 106.

. . ἔνθ' οἱ μύλαι εἵατο ποιμένι λαῶν.

. . *illic molæ erant paſtori populorum*. Molæ autem uſus in Cappadocia repertus: manuariæ primum: inde alius inventus uſus earum, quæ ad ventum, & paullo ante Auguſtum aquariæ, Romæ in Tiberi primum factæ. Pomponius.

Μυλιάω, *dentes concutio præ frigore*, *frendeo*, *ſtrido dentibus*. Heſiod. λυγρὸν μυλιόωντες, *graviter dentibus infrendentes*.

Μυλίτης λίθος, *lapis molaris*.

Μυλῖται, molares dentes appellant, quibus extenuatur cibus, & quaſi molitur: qui & μύλαι vocantur: latiores videlicet dentes, quos Plinius *duplices* vocat.

Μῦνις, vel μύνη, *prætextus*, *excuſatio*, πρόφασις, *mora*, Æolica mutatione τῦ ὁ in ῦ. apud Homer. Odyſſ. φ.

Ἀλλ' ἄγε μὴ μύνῃσι παρέλκετε . .

Ne per varios prætextus protrahatis . .

Μυνάμενος, ȣ, [ὁ], *cauſſam prætexens*, *opperiens*.

Μυοδόχος, ȣ, (ὁ), *murium receptaculum*, Nicand. in Theriac. v. 795.

Μυοσόβη, ης, [ἡ], *muſcas abigens*: flagellum quo muſcæ abiguntur; epitheton longæ barbæ atque aptæ ad muſcas abigendas, lib. 2. Epigr.

Μύȣρος, ȣ, (ὁ], *mutilus*, *curtus*, Nicand. in Theriac. v. 287.

Μύȣρον ϛόμα, *os ſubinde in acutius compreſſum*, *& coarctatum*, *os in arctum ſe colligens*.

Mi-

Μῦραινα, ης, [ἡ], Opp. Hal. α. v. 273.

Ὀτραλέη μύραινα διαῤῥέει, οἷά περ ὕδωρ.

Velox muræna effluit, tamquam aqua. & v. 799.

Ἀλλ' ὐ μυραίνης ἔλαθεν κέαρ . .

Sed haud murænæ latet cor . . Item torques mulierum, quæ etiam Latinis *murænulæ* dicuntur.

Μυρεψικὸς, & μυρεψὸς, ῦ, (ὁ), *unguentarius*, *unguenta & odoramenta conficiens*, *pigmentarius*. Hinc μυρεψικὴ τέχνη, *ars unguentaria*.

Μυρέω, *fluo*, *ſtillo*, *lugeo*, ὀλοφύρομαι, Heſych.

Μυρηρὰ ἄγγη, *unguentaria vaſa*.

Μύριος, ῦ, [ὁ ϰ̀ ἡ], *multiplex*, *infinitus*. Iliad. α. v. 2.

. . ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε.

. . *quæ infinitos Achivis dolores attulit*. & Odyſſ. β. v. 16. Differunt autem μύριοι, & μυρίοι. Nam μύριοι, de finito numero, h. e. decies mille; μυρίοι, de infinito, ideſt, πολλοὶ, ſeu πάμπολλοὶ dicuntur. Et ut apud Græcos μυρία, ita apud Latinos *ſexcenta* dicere uſitatum eſt, inquit Donatus.

Μυριάκις, *decies millies*. Ariſtoph. νεφ.

Μυριάμφορον ῥῆμα, dictum eſt, ut *ſeſquipedalia verba* a ſatyrico Poeta. Ariſtoph.

Μυριάρχης, ῦ, (ὁ), & μυρίαρχος, *qui præeſt decem millibus*.

Μυριὰς, άδος, [ἡ], *numerus continens decem millia*, *innumera multitudo*. Theocr. Idyll. ιζ. v. 84.

Τρεῖς δ' ἄρα χιλιάδες τριοσαῖς ἐπὶ μυριάδεσσι.

Tria inſuper millia ſupra triginta millia.

Μυρίδιον, ῦ, [τὸ], dixit Ariſtoph. ὑποκοριςικῶς, quaſi *unguentulum* ἀπὸ τῦ μύρυ.

Μυριέλικτος, ῦ, [ὁ], *infinitis modis convolutus*, *verſutus*, *multis voluminibus intortus*: ſerpentis epitheton. Eunapius.

Μυριέτης βίος, *decies mille annis vita ſervata*, *vita annoſa*.

Μυρίζω, *unguento imbuo*. Ariſtoph. in Pluto.

Μυρίκη, ης, (ἡ), *myrica*, *tamarix*, Gazæ lib. 3. hiſt. plant. ſed corripitur Iliad. κ. v. 466.

Θῆκεν ἀνὰ μυρίκην· δέελον δ' ἐπὶ σῆμά τ' ἔθηκε.

Poſuit ſuper myricam: conſpicuumque ſignum appoſuit, Et hym. in Apoll. v. 81.

Συμμίσγων μυρίκας ϰ̀ μυρσινοειδέας ὄζυς.

Commiſcens myricas &c.

Μυ-

Μῦρίκινος, ου, [ὁ]. Iliad. ζ. v. 39.
Ὄζῳ ἐνὶ βλαφθέντε μυρικίνῳ . .
Μυρικώδεις φύλλον, *folium tamaricis*, Gaza.
Μυρίνη, ης, (ἡ), *Myrine*, urbs in Æolia teſte Homer. Apollon. Argon. v. 603.
Ἀκροτάτη κορυφῇ σκιάει καὶ ἐσάχρι Μυρίνης.
Summo vertice inumbrat, & uſque ad Myrinen.
Μυρίνη, ης, [ἡ], *myrtus*. Pollux.
Μυρίνης οἶνος, *vinum unguentarium, ſeu unguento conditum*, quod & μυρινίτης dicitur.
Μυριόδους ἐλέφας, in Epigr. *egregios, ſeu multos dentes habens*.
Μυριόνηυς, *infinitis navibus conſtans*. Μυριόναυν ἄρη, in Epig. h. e. *Martem, ſeu bellum infinitarum navium*.
Μυριοπληθής, έος, (ὁ καὶ ἡ), *varius, multiplex*, ut μυριοπληθὴς κόσμος, *varius cultus*, Eurip.
Μυριόπους, οδος, *mille habens pedes*: a Latinorum nonnullis *millepeda*. Vide Nicandri Scholiaſt.
Μυριόπτυχοι, [οἱ], *multi armati*, Eurip.
Μυριόφορτος, ου, (ὁ), *infiniti ponderis, infinita ferens pondera*: ut μυριόφορτος ναῦς, *oneraria navis*, in Epigr.
Μυριόφυλλον, ου, [τὸ], *herba millefolium*, Plin. lib. 24. cap. 6.
Μυριόφυλος, ου, [ὁ], *infinitus*. Opp. Hal. α. v. 626.
Ὡς τότε μυριοφύλου ἁλὸς τέμνουσι κέλευθα.
Ita tum infiniti maris ſecant vias.
Μυριόφωνος δῆμος, *populus infinitæ, ſeu multiplicis vocis*, in Epigr.
Μυριστικός, οῦ, (ὁ), *odorus*.
Μυριώνυμος, *infinitis nominibus appellatus*, epitheton Iſidis, vel Lunæ, quod innumeris eſt inſignita nominibus. Hinc apud Grut. & Murat. *Iſidi Myrionymæ*.
Μυρμηκίτης, ου, (ὁ), lapis qui reptantis formicæ præfert imaginem.
Μυρμύρω, *turbo, ſtrepitum edo*. Dicitur de fluminibus vehementer currentibus.
Μυρόβρεχοι, (οἱ), *Myrobrechi, ſive Myrobrecharii, quaſi unguento ſtillantes*. Ἀπὸ τοῦ βρέχειν, *proluo, aſpergo*. Plaut. Aul. 19. *Myrobrecharios* pro unguentorum confectoribus accipit ad capillos irrorandos. Ait enim, *aut manulearii, aut myrobrecharii*.
Μυροπώλης, ου, [ὁ], *myropola, unguentorum venditor*.
Μυροπώλιον, ου, (τὸ), locus ubi unguenta venduntur.

Μυροθήκιον, ου, [τὸ], *myrothecium*, ideſt, *unguentorum repoſitorium*. Cicero ſcribit ad Atticum lib. 2. ſe *myrothecium* Iſocratis totum conſumpſiſſe in. Commentario Conſulatus ſui ſcribendo: hoc eſt, *pigmenta oratoria*. *Vas unguentarium* dixit Plinius, quod & μυρὶς Pollux.

Μυροθήκη, ης, (ἡ), *pigmentorum officina*.

Μύρομαι, *lugeo*. Apoll. 2. Argon. & Iliad. ρ. v. 438.

. . χαμάδις ῥέε μυρομένοισι.

. . *in terram fluebat plorantibus*.

Μύρον, ου, (τὸ), *pigmentum*, *unguentum*. Anacreon ode ια. & ode κ. Μύρον pro *fletu* Heſiodus poſuit in clypeo Herculis:

Πρόσθεν μὲν θάνατον τ' ἄχον καὶ δάκρυσι μύρον.

Ante quidem mortem habebant & lacrymis luctum.

Alii *unguentum* exponunt. Poſſet etiam dici potius id μύρον eſſe aor. 2. pro ἔμυρον, ut ſenſus ſit: *in anteriore ſui parte mortem habebant, & lacrymas fluebant*, pro *mortem & lacrymas afferebant ei, quem tetigiſſent*.

Μυρόπνους, *unguentum ſpirans*, in Epigr.

Μῦρος, *muræna*, *piſcis mas*. Idem σμῦρος dicitur, Gaza.

Μυρόω, *ungo*. Ariſtoph. μεμυρωμένος, *unguentatus*, Catull.

Μυῤῥίνη, & μυρσίνη, *myrtus*. Ariſtoph. & Nic. in Ther. v. 555. ſed corripitur apud Anacr. ode δ.

Επὶ μυρσίναις τερείναις.

Super myrtis tenellis.

Μυρσινίτης οἶνος, & μυρτίτης apud Dioſc. *vinum myrſinites*. Plin. fit ex myrti baccis.

Μυῤῥίτης, ου, [ὁ], *myrrhites*, gemma quæ myrrhæ colorem habet, odoremque unguenti. Plin. lib. ult. cap. 10.

Μυρτίνη, ης, [ἡ], *oleæ genus*; & apud Nicandrum arboris pyri genus, in Alexiph. v. 88.

Μύρω, *ſtyllo*, *fluo*. Heſiod.

Μύρωμα, ατος, [τὸ], *unguentum*, Ariſtoph.

Μύρων, ωνος, [ὁ], *Miron*, aut *Myro*, utrumque enim legitur, teſte Plin. lib. 34. cap. 2. Statuarius Eleutheri filius, & Hegeſiladis diſcipulus Syracuſanus, cujus vacca multorum poetarum epigrammatis celebratur. Ovid. 3. de Ponto, eleg. 1.

Ut ſimilis veræ vacca Myronis opus. Et Martial. lib. 8. 50.

Quis labor in phiala? docti Myos, anne Myronis?

Μυσάζω, *polluo ſcelere*, auctore Heſych. Th. μύσος, *ſcelus*.

Μυ-

Μῦσοὶ, (οἱ), *Myſi*, Myſiæ Europææ incolæ ad Iſtrum ſitæ, quæ olim dividebatur in ſuperiorem, quæ hodie *Servia*; & inferiorem, quæ hodie *Bulgaria* appellatur. Dionyſ. Perieg. v. 322.

Παννόνιοι, Μυσοί τε βορειότεροι Θρηίκων.

Pannonii, Myſique magis boreales Thracibus. Et Iliad. ν. v. 5. 6.

Μυσῶν τ' ἀγχιμάχων, καὶ ἀγαυῶν ἱππημολγῶν,

Γλακτοφάγων, Ἀβίωντε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων.

Fortibus & Myſis, nec non claris Hippemolgis,

Glactophagiſque, Abiiſque, quibus non juſtior alter.

Cur autem, Poſidonius in hunc Homeri locum commentans, Myſos θεοσεβεῖς καὶ καπνοβάτας [*deicolas & fumi ſcanſores*, aut potius *fumo inequitantes*] appellarit, vide apud Cl. Mazoch. tom. 2. Spicileg. Bibl. pag. 205. num. 2.

Μῦσις, ιδος, (ἡ), *Myſia Aſiatica*, quæ & ipſa duplex eſt, minor ſcilicet quæ & *Olympena* dicitur; & major quæ ab hac ad Auſtrum jacet, hinc Temnum montem, inde Ægæum mare attingens, interjectis tamen hic illic quibusdam Phrygiæ partibus, quæ & ipſa duplex eſt, itaut certos earum terminos ſtatuere haud facile ſit. Unde adagium ortum refert Strabo de iis, quæ diverſa quidem ſunt, ita tamen ut ea diſtinguere difficile ſit:

Χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα.

Separati ſunt Myſorum & Phrygum termini. Dionyſ. Perieg. v. 805.

Βέβρυκες δ' ἐπὶ τοῖσι, καὶ οὔρεα Μυσίδος αἴης.

Bebryces autem poſt hos, & montes Myſiæ terræ.

Μυχὸς, ȣ, (ὁ), *receſſus, ſeceſſus, locus abditus*: pro *ſinu* ubique apud Strabonem. Eurip. in Hecuba, μυχὸς ἄντρου, *antri receſſus*. Hom. Odyſſ. ἐκ μυχȣ τȣ λιμένος, *e longinqua portus parte*.

Μύω, *claudo*, *occulto*, *nicto*. Ariſtoph. in Ranis, & in Epigr. χεῖλος ἔμυσε, *os ſe clauſit*. Ibidem: μεμυκότες ἄνεμοι, *venti ſilentes*. Reperitur etiam dictum de vulnere, cujus labra non hiant: μεμυκότα ἕλκη, *non biantia*: item *de roſis* apud Euſtath.

Μυώδης, εος, [ὁ καὶ ἡ], *muſculoſus*. Opp. Κυνηγ. α. v. 188.

Μηροὶ δ' εὐπαγέες μυώδεες . .

Femora bene compacta & muſculoſa . .

Digitized by Google

Μυών, ῶνος, (ὁ), pars quæ præcipue habet muſculos. Item pro *pulpa brachiorum*, & *coxarum*. Smyrn. β. v. 286.

Μυῶνος καθύπερθεν Ἀρήϊος οὔτασεν Αἴας.

Supra muſculum percuſſit Martius Ajax. & Theocr. Idyll. κε΄. v. 149.

Μυωπαὶ σάρκες, apud Athen. lib. 9. *muſculoſæ carnes*.

Μυωπάζω, *nicto*, *nonniſi cominus objecta oculis intueor*. Μύωπες autem dicuntur qui ab ortu primo, proxima quidem, remota vero non vident. Dicti ſunt *μύωπες παρὰ τὸ μύειν τὰς ὦπας*, quia ſæpe connictant oculis.

Μυωπία, ας, (ἡ), affectus oculorum quo laborant, qui *μύωπες* dicuntur, qui ex nativitate parva quidem cominus vident, eminus vero nec vel magna poſſunt intueri. Atque ii ſcripta nonniſi oculis admota poſſunt legere: quod vitium ſanationem non recipit. Vide Aetium τετραβ. lib. 2. ſerm. 3.

Μυωπίζω, *ſtimulo*, *calcaribus urgeo*.

Μύωψ, ωπος, idem quod *οἶστρος*, inſecti genus eſt, quo maxime boves infeſtantur, *aſilus* Virgil. 3. Georg. *tabanus* Varroni. Significat etiam flagellum equi, *calcar*. Latini tandem *μύωπας*, vertunt *luſcioſos*, & *luſcitioſos*. Budæus. Hi tamen proprie non *μύωπες*, ſed *νυκτάλωπες* ſunt. Corripitur Tryphiod. v. 349.

Μωλύνω, *hebeto*, *obtundo*.

Na-

N

Nαέτωρ, ορος, (ὁ), *fluens*. Th. νάω, *fluo*.
Ναϊάδες, & ναΐδες, Nymphæ fontium; & ipſi fontes. Theocr. Idyll. η. v. 943.

Καὶ νύμφαν ἄκριβος ἐὼν ἔπι ναΐδα γᾶμεν.

Et Nympham Naiadem duxit licet adoleſcens.

Ναετὴρ, ῆρος, (ὁ), *habitator*, in Epigr.
Ναέτης, ου, (ὁ), *idem*, Dionyſ. in Perieg.
Ναΐδιον, ου, (τὸ), *ſacellum*, *ædicula*. Th. ναός.
Νάϊος, ut νάϊος στρατὸς, *claſſis*. Th. ναῦς.
Νάκη, ης, (ἡ), *pellis caprina cum ſuo villo*. Odyſſ. ξ.

. . ἂν δὲ νάκην ἕλετ' αἰγός. h. e. *pellem capræ*.

Νακεστίλτης, ου, [ὁ], *lanificus*, qui ex pellibus lanas vellit: & νακοτιλτεῖν, *deglubere* apud Pollucem.
Νᾶμα, ατος, [τὸ], *latex*, *unda*, *rivus aquæ*.
Ναμάτιαῖον ὕδωρ, *aqua ſcaturiens*, Gaza lib. 2. hiſt. plant.
Ναματώδης, εος, (ὁ καὶ ἡ), *aquoſus*, ut ναματώδης χώρα, *locus riguus*, *aquis ſcatens*.
Ναμερτὴς, έος, (ὁ καὶ ἡ), *verus*, Dorice pro νημερτὴς, Heſych.
Νᾶνος, ου, (ὁ), *nanus*, *pumilio*. Gell. lib. 19. cap. 13. παρὰ τὸ νη, negativum, & ἄνω, *augeo*, quaſi *non creſcens*, Etym. Ariſt. lib. 4. de partibus animal. ait nani ſeu pumilionis naturam eſſe, ut pars ſuperior magna ſit, inferior parva. Equorum vero pumiliones dicuntur ἴννοι, ſive γύννοι, ideſt, *manni* Horatio, vel *mannuli* Martiali.
Νανώδης, εος, (ὁ καὶ ἡ), *pumilionis formam habens*.
Ναοποιὸς, οῦ, [ὁ], *templi exſtructor*, *vel templi cuſtos*, Trapezunt. interprete.
Ναὸς, οῦ, (ὁ), *templum*. Ναὸς Deorum eſt, σηκὸς vero Heroum, Ammon.
Ναοφύλακες, quibus tutela, & ſarta tecta ædium ſacrarum commiſſa ſunt, Ariſtot. 6. Polit.
Νάπος, εος, (τὸ), & νάπη, ης, (ἡ), *ſaltus*, *locus ſylvoſus*, *viretum*, *mons*, *clivus*: item *receſſus* intra montes, ubi flores optime proveniunt. Unde *Napeæ*, herbarum & florum deæ. Dicitur νάπη, quaſi νάφη, ἀ νη privativa

Digitized by Google

va particula, & *φάος*, *lux*. Hinc *νάπαι* nemoroſa loca vocamus & opaca. Plutarch. in Numa, *νάπας σκιερὰς*, dixit, ideſt, *lucos opacos*. Νάπος ὑλόκομον, Euripid. *ſaltus ſylvoſus*.

Ναπητῖνος, ου, [ὁ], *Napetinus*, ut Ναπητῖνος κόλπος, *ſinus Napetinus*, haud vero *Lameticus*, Λαμετῖνος, ut viri doctiſſimi legi jubent apud Dionyſ. Halic. *Sinus*, inquam, *Napetinus*, olim terminus Italiæ, quæ non ultra hunc, & ſinum Scylleticum patebat. Vide Cl. Mazochium Comment. in Tabb. Heracl. pag. 58. col. 1.

Νᾶπυ, (τὸ), *ſinapi*. Νᾶπυ dicendum, non σίναπι, ait Phrynichus. Νάπυος in genitivo legitur apud Theophr. lib. 1. hiſt. plant. Νάπεια etiam dicitur: Nicander in Alexiph.

Ἐκ δέ τε νάπειαν, ῥάφανόν θ' ἅλις . .

Ναρδῖτης οἶνος, vinum nardi odore conditum.

Ναρκισσίτης λίθος, *Narciſſites lapis*. Dionyſ. de ſitu orbis, ἀφεγγέα Ναρκισσίτην vocavit, h. e. *obſcurum*, v. 1031.

Πέτρας, αἳ φύουσι ἀφεγγέα ναρκισσίτην.

Cautes, quæ gignunt obſcurum Narciſſitem.

Ναυσίβιος, ου, (ὁ), *in navi vivens*.

Ναυσικλυτος, ου, (ὁ), *navibus inclytus*, Odyſſ. ξ. dicitur & Ναυσίκλειτος.

Νάω, *fluo*. Ariſtoph.

Νάω, pro ναίω, *habito*. Heſiod.

Νεανίας, ου, [ὁ], *adoleſcens*, *audax*, *ſtrenuus*, *robuſtus*. Hinc ἀνὴρ νεανίας, *vir acer*. Et Eurip. νεανίας λόγους, dixit, ideſt, *ſermones temerarios*, *juveniles & acres*, τολμηρούς. Eodem metire modo, νεανικὸς, νεᾶνις, ιδος, *puella*, & νεαρὸς, *novus*.

Νεαοιδὸς, οῦ, (ὁ), *recens ſeu novus poeta*, in Epigr.

Νεαπολίτης, ου, (ὁ), nomen gentile Neapolis: licet in nummis ſæpius Νεοπολ. quam Νεαπολ. legatur. Φιλολογώτατος Mazochius pag. 251. Comment. in Tabul. Heracl. id factum opinatur ab rei monetariæ Præfectis, ut noſtram *Neapolim* a cognominibus aliis urbibus diſcriminarent; proptereaque A in O (non præter analogiam) fuiſſe commutatam. Ea vero perſcribendi nominis ratio nummorum tenus ſtetit: cum Scriptores omnes modo Νέαν πόλιν, modo junctim ΝΕΑπολιν, cum A in ſcriptis ſuis enotarint.

Νεάπολις, εως, (ἡ), *Neapolis*, urbs Campaniæ, Regni Neapolitani caput, aliquando *Parthenope* dicta, Maronis tumulo clara:

Nec

Excipiunt laticem Niphœque, Hypaniſque, Rhaniſque.

Νιφοβλῆτες, *nive obrutæ*: epitheton maximorum montium: νιφοβλῆτες Ἄλπεις, *Alpes nive petitæ*, in Epigr.

Νιφόεις, εντος, *nivoſus*. Heſiod. ἐν Ὀλύμπῳ νιφόεντι, *in Olympo nivoſo*.

Νίφομαι, *nive obruor*. Nonn. κη. v. 236.

Νίφετο μὲν τότε γαῖα

Nive obruebatur tunc terra.

Νίφω, *ningo*.

Νῖνος, (ȣ), *Ninus*, filius Beli, primus Aſſyriorum rex. Nam Belus ſolam habuit Babylonem: Ninus vero totam Aſſyriam. Ovid.

Νιρεὺς, έος, nomen propr. Iliad. β. v. 180.

Νισαίη, *Niſææ*, nomen propr. Nymphæ, cujus meminit Virgil. 5. Æneidos;

Niſæque, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque.

Νίσειος, ȣ, (ὁ), *Niſeus*, ut *canes Niſei* apud Ovid. 4. Faſt.

Νῖσος, ȣ, *Niſus*, rex Megarenſium, pater fuit Scyllæ: cetera vide apud Virgil. 1. Georg. & Tibull. lib. 1. Eleg. 4.

Νίσυρος, nomen Inſulæ eſt inter Cycladas. Iliad. β. v. 183.

Νομίκιος, & Νομικος, *Numicius*, & *Numicus*, ingens fluvius fuit in Latio; in quo repertum eſt cadaver Æneæ, & conſecratum. Vide Liv. Decad. 1. lib. 1.

Νυκτιφανὴς, έος, (ὁ καὶ ἡ), *noctu apparens*, *noctu lucens*, Nonnus. Hinc Luna *Noctiluca* dicitur Horatio.

Νυκτιλόχοι, [οἱ], *latrones nocturni*, Ariſtoph.

Νυκτιμένη, ης, [ἡ], *noctua*.

Νυκτίνομος, ȣ, [ὁ καὶ ἡ], *avis quæ noctu paſcitur*, & *vagatur*, ut *ulula*.

Νυκτιπλανὴς, έος, [ὁ καὶ ἡ], *noctivagus*, Oppian.

Νυκτίπολος, ȣ, [ὁ], *noctivagus*, ut *Luna noctivaga* dicitur a Poetis, & *currus noctivagus*.

Νυὸς, ȣ̃, [ἡ], *nurus*, *ſponſa*. Iliad. γ. v. 49.

νυὸν ἀνδρῶν αἰχμητάων,

ſponſam virorum bellicoſorum. Homerus Helenam, vocat quia Græci pro ea ceu pro fratris communis uxore recuperanda pugnabant.

Νῦσα, ης, (ἡ), *Nyſa*, urbs Arabiæ, apud quam (ut Diodorus ait) Bacchus educatus a Nymphis fuit. Unde & Νυσαῖος dictus eſt, ac cognominatus Διόνυσος, a

Iove

Iove ſcilicet, & Nyſa nomen accipiens.

Νυσεὺς, έος, dictus eſt Bacchus. Ovid. 4. Metamorph.

Νυσιὰς, άδος, *Nyſias*, *adis*, patronym. femin. ut *Nymphæ Nyſiades* apud Ovid. 3. Faſt.

Νυσιγενὴς, έος, [ὁ καὶ ἡ], *Nyſigena*, qui in Nyſa natus eſt. Catull. Argon. epigr. 59.

Νύχευμα, τος, [τὸ], *lucubratio*, *vigiliæ*, Eurip. in Supplicib.

Νύχιος, ου, (ὁ), *nocturnus*, *pernox*, Heſiod.

Νυχοβόρος, ου, [ὁ], *nocte vorans*: muris epith. apud Nicand. Prima producitur Ectaſi.

Νώδυνος, ου, (ὁ), *doloris expers*.

Νωδυνία, ας, (ἡ), *indolentia*, *doloris levatio*.

Νωνῦμος, ου, (ὁ), *inglorius*, *obſcurus*, *ignobilis*, media ſyllaba vi *Liquidæ* producta: Iliad. μ. v. 70.

Νωνύμνους ἀπολέσθαι . . . *inglorios perire* .

Et Iliad. ν. v. 227. & Odyſſ. α. v. 222. Sunt qui hic νώνυμνον legendum putant; ſed Euſtathius ſemper primam lectionem agnovit, præcipue fol. 849. lin. 32. Atque hanc etiam conſtanter agnovere MS. CCC. Cantabr. Barocc. Oxon. & MS. Mori. Præterea media producta reperitur apud Phocylid. v. 164.

Μὴ μείνῃς ἄγαμος, μή πως νώνυμος ὄληαι.
Ne maneas caelebs, ne forte ſine nomine pereas.

Et apud Apollon. β. Argon.

Μῡρίκῑνος, ου, [ὁ]. Iliad. ζ. v. 39.

Οζῳ ἐνὶ βλαφθέντε μυρικίνῳ . .

Μῡρικώδες φύλλον, *folium tamaricis*, Gaza.

Μῡρίνη, ης, (ἡ), *Myrine*, urbs in Æolia teſte Homer. Apollon. Argon. v. 603.

Ἀκροτάτῃ κορυφῇ σκιάει καὶ ἐσάχρι Μυρίνης.

Summo vertice inumbrat, & uſque ad Myrinen.

Μῡρίνη, ης, [ἡ], *myrtus*. Pollux.

Μῡρίνης οἶνος, *vinum unguentarium, ſeu unguento conditum*, quod & μυρίνιτης dicitur.

Μῡριόδους ἐλέφας, in Epigr. *egregios, ſeu multos dentes habens*.

Μῡριόνκυς, *infinitis navibus conſtans*. Μυριόναυν ἄρη, in Epig. h. e. *Martem, ſeu bellum infinitarum navium*.

Μῡριοπληθὴς, έος, (ὁ καὶ ἡ), *varius, multiplex*, ut μυριοπληθὴς κόσμος, *varius cultus*, Eurip.

Μῡριόπους, οδος, *mille habens pedes*: a Latinorum nonnullis *millepeda*. Vide Nicandri Scholiaſt.

Μῡριότευχοι, [οἱ], *multi armati*, Eurip.

Μῡριόφορτος, ου, (ὁ), *infiniti ponderis, infinita ferens pondera*: ut μυριόφορτος ναῦς, *oneraria navis*, in Epigr.

Μῡριόφυλλον, ου, [τὸ], *herba millefolium*, Plin. lib. 24. cap. 6.

Μῡριόφῡλος, ου, [ὁ], *infinitus*. Opp. Hal. α. v. 626.

Ὣς τότε μυριοφύλου ἁλὸς τέμνουσι κέλευθα.

Ita tum infiniti maris ſecant vias.

Μῡριόφωνος δῆμος, *populus infinitæ, ſeu multiplicis vocis*, in Epigr.

Μῡριστικὸς, οῦ, (ὁ), *odorus*.

Μῡριώνῡμος, *infinitis nominibus appellatus*, epitheton Iſidis, vel Lunæ, quod innumeris eſt inſignita nominibus. Hinc apud Grut. & Murat. *Iſidi Myrionymæ*.

Μυρμηκίτης, ου, (ὁ), lapis qui reptantis formicæ præfert imaginem.

Μυρμῦρω, *turbo, ſtrepitum edo*. Dicitur de fluminibus vehementer currentibus.

Μῡρόβροχοι, (οἱ), *Myrobrechi, ſive Myrobrecharii, quaſi unguento ſtillantes*. Ἀπὸ τοῦ βρέχειν, *proluo, aſpergo*. Plaut. Aul. 19. *Myrobrecharios* pro unguentorum confectoribus accipit ad capillos irrorandos. Ait enim, *aut manulearii, aut myrobrecharii*.

Μῡροπώλης, ου, [ὁ], *myropola, unguentorum venditor*.

Μῡροπώλιον, ου, (τὸ), locus ubi unguenta venduntur.

Μυ-

Μῦροθήκιον, ου, [τὸ], *myrothecium*, ideſt, *unguentorum repoſitorium*. Cicero ſcribit ad Atticum lib. 2. ſe *myrothecium* Iſocratis totum conſumpſiſſe in Commentario Conſulatus ſui ſcribendo: hoc eſt, *pigmenta oratoria*. *Vas unguentarium* dixit Plinius, quod & μυρίδα Pollux.

Μυροθήκη, ης, (ἡ), *pigmentorum officina*.

Μύρομαι, *lugeo*. Apoll. 2. Argon. & Iliad. ρ. v. 438.

. . χαμάδις ῥέε μυρομένοισι.

. . *in terram fluebat plorantibus*.

Μύρον, ου, (τὸ), *pigmentum*, *unguentum*. Anacreon ode ιι. & ode κ. Μύρον pro *fletu* Heſiodus poſuit in clypeo Herculis:

Πρόσθεν μὲν θάνατον τ' εἶχον κὴ δάκρυσι μύρον.

Ante quidem mortem habebant & lacrymis luctum.

Alii *unguentum* exponunt. Poſſet etiam dici potius id μύρον eſſe aor. 2. pro ἔμυρον, ut ſenſus ſit: *in anteriore ſui parte mortem habebant, & lacrymis fluebant*, pro *mortem & lacrymas afferebant ei, quem tetigiſſent*.

Μυρόπνους, *unguentum ſpirans*, in Epigr.

Μῦρος, *murena*, *piſcis mas*. Idem σμῦρος dicitur, Gaza.

Μυρόω, *ungo*. Ariſtoph. μεμυρωμένος, *unguentatus*, Catull.

Μυῤῥίνη, & μυρσίνη, *myrtus*. Ariſtoph. & Nic. in Ther. v. 355. ſed corripitur apud Anacr. ode δ.

Ἐπὶ μυρσίναις τερείναις.

Super myrtis tenellis.

Μυρσινίτης οἶνος, & μυρτίτης apud Dioſc. *vinum myrſinites*. Plin. fit ex myrti baccis.

Μυῤῥίτης, ου, [ὁ], *myrrhites*, gemma quæ myrrhæ colorem habet, odoremque unguenti. Plin. lib. ult. cap. 10.

Μυρτίνη, ης, [ἡ], *oleæ genus*; & apud Nicandrum arboris pyri genus, in Alexiph. v. 88.

Μύρω, *ſtyllo*, *fluo*. Heſiod.

Μύρωμα, ατος, [τὸ], *unguentum*, Ariſtoph.

Μύρων, ωνος, [ὁ], *Miron*, aut *Myro*, utrumque enim legitur, teſte Plin. lib. 34. cap. 2. Statuarius Eleutheri filius, & Hegeſiladis diſcipulus Syracuſanus, cujus vacca multorum poetarum epigrammatis celebratur. Ovid. 3. de Ponto, eleg. 1.

Ut ſimilis veræ vacca Myronis opus. Et Martial. lib. 8. 50.

Quis labor in phiala? docti Myos, anne Myronis?

Μυσάζω, *polluo ſcelere*, auctore Heſych. Th. μυσὸς, *ſcelus*.

Μυ-

Μῦσοὶ, (οἱ), *Myſi*, Myſiæ Europææ incolæ ad Iſtrum ſitæ, quæ olim dividebatur in ſuperiorem, quæ hodie *Servia*; & inferiorem, quæ hodie *Bulgaria* appellatur. Dionyſ. Perieg. v. 322.

Παννόνιοι, Μυσοί τε βορειότεροι Θρηΐκων.

Pannonii, Myſique magis boreales Thracibus. Et Iliad. *ν.* v. 5. 6.

Μυσῶν τ' ἀγχιμάχων, καὶ ἀγαυῶν ἱππημολγῶν,

Γλακτοφάγων, Ἀβίωντε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων.

Fortibus & Myſis, nec non claris Hippemolgis,

Glactophagiſque, Abiiſque, quibus non juſtior alter.

Cur autem, Poſidonius in hunc Homeri locum commentans, Myſos θεοσεβεῖς καὶ καπνοβάτας [*deicolus & fumi ſcanſores*, aut potius *fumo inequitantes*] appellarit, vide apud Cl. Mazoch. tom. 2. Spicileg. Bibl. pag. 205. num. 2.

Μῦσὶς, ἴδος, (ἡ), *Myſia Aſiatica*, quæ & ipſa duplex eſt, minor ſcilicet quæ & *Olympena* dicitur; & major quæ ab hac ad Auſtrum jacet, hinc Temnum montem, inde Ægæum mare attingens, interjectis tamen hic illic quibusdam Phrygiæ partibus, quæ & ipſa duplex eſt, itaut certos earum terminos ſtatuere haud facile ſit. Unde adagium ortum refert Strabo de iis, quæ diverſa quidem ſunt, ita tamen ut ea diſtinguere difficile ſit:

Χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα.

Separati ſunt Myſorum & Phrygum termini. Dionyſ. Perieg. v. 805.

Βέβρυκες δ' ἐπὶ τοῖσι, καὶ οὔρεα Μυσίδος αἴης.

Bebryces autem poſt hos, & montes Myſiæ terræ.

Μῦχὸς, οῦ, (ὁ), *receſſus, ſeceſſus, locus abditus*: pro *ſinu* ubique apud Strabonem. Eurip. in Hecuba, μυχὸς ἄντρου, *antri receſſus*. Hom. Odyſſ. ἐκ μυχοῦ τοῦ λιμένος, *e longinqua portus parte*.

Μῦω, *claudo, occulto, nicto*. Ariſtoph. in Ranis, & in Epigr. χεῖλος ἔμυσε, *os ſe clauſit*. Ibidem: μεμυκότες ἄνεμοι, *venti ſilentes*. Reperitur etiam dictum de vulnere, cujus labra non hiant: μεμυκότα ἕλκη, *non biantia*: item *de roſis* apud Euſtath.

Μυώδης, εος, [ὁ καὶ ἡ], *muſculoſus*. Opp. Κυνηγ. α. v. 188.

Μηροὶ δ' εὐπαγέες μυώδεες . . .

Femora bene compacta & muſculoſa . .

Μῦων,

Μυῶν, ῶνος, (ὁ), pars quæ præcipue habet muſculos. Item pro *pulpis brachiorum*, & *coxarum*. Smyrn. β. v. 286.

Μυῶνος καθύπερθεν Ἀρήϊος οὔτασεν Αἴας.

Supra muſculum percuſſit Martius Ajax. & Theocr. Idyll. κέ. v. 149.

Μυωπαὶ σάρκες, apud Athen. lib. 9. *muſculoſæ carnes*.

Μυωπάζω, *nicto*, *nonniſi cominus objecta oculis intueor*. Μύωπες autem dicuntur qui ab ortu primo, proxima quidem, remota vero non vident. Dicti ſunt μύωπες παρὰ τῦ μύειν τὰς ὦπας, quia ſæpe connictant oculis.

Μυωπία, ας, (ἡ), affectus oculorum quo laborant, qui μύωπες dicuntur, qui ex nativitate parva quidem cominus vident, eminus vero nec vel magna poſſunt intueri. Atque ii ſcripta nonniſi oculis admota poſſunt legere: quod vitium ſanationem non recipit. Vide Aetium τετραβ. lib. 2. ſerm. 3.

Μυωπίζω, *ſtimulo*, *calcaribus urgeo*.

Μύωψ, ωπος, idem quod οἶστρος, inſecti genus eſt, quo maxime boves infeſtantur, *aſilus* Virgil. 3. Georg. *tabanus* Varroni. Significat etiam flagellum equi, *calcar*. Latini tandem μύωπας, vertunt *luſcioſos*, & *luſcitioſos*. Budæus. Hi tamen proprie non μύωπες, ſed νυκτάλωπες ſunt. Corripitur Tryphiod. v. 349.

Μωλύνω, *hebeto*, *obtundo*.

Nα-

N

Nάέτωρ, ορος, (ὁ), *fluens*. Th. *νάω*, *fluo*.

Ναΐάδες, & *ναΐδες*, Nymphæ fontium; & ipſi fontes. Theocr. Idyll. *η*. v. 943.

Καὶ νύμφαν ἄκρηβος ἰὼν ἐπ ναΐδα γᾶμεν.

Et Nympham Naiadem duxit licet adoleſcens.

Ναετὴρ, ῆρος, (ὁ), *habitator*, in Epigr.

Ναέτης, ου, (ὁ), *idem*, Dionyſ. in Perieg.

Ναΐδιον, ου, (τὸ), *ſacellum*, *ædicula*. Th. *ναὸς*.

Νάϊος, ut *νάϊος ϛρατὸς*, *claſſis*. Th. *ναῦς*.

Νάκη, ης, (ἡ), *pellis caprina cum ſuo villo*. Odyſſ. ξ.

. . ἂν δὲ νάκην ἕλετ' αἰγὸς. h. e. *pellem capræ*.

Νακετίλτης, ου, [ὁ], *lanificus*, qui ex pellibus lanas vellit: & *νακεπλτεῖν*, *deglubere* apud Pollucem.

Νᾶμα, ατος, [τὸ], *latex*, *unda*, *rivus aquæ*.

Ναματιαῖον ὕδωρ, *aqua ſcaturiens*, Gaza lib. 2. hiſt. plant.

Ναματώδης, εος, (ὁ καὶ ἡ), *aquoſus*, ut *ναματώδης χώρα*, *locus riguus*, *aquis ſcatens*.

Ναμερτὴς, έος, (ὁ καὶ ἡ), *verus*, Dorice pro *νημερτὴς*, Heſych.

Νάνος, ου, (ὁ), *nanus*, *pumilio*. Gell. lib. 19. cap. 13. *παρὰ τὸ νη*, negativum, & *ἄνω*, *augeo*, quaſi *non creſcens*, Etym. Ariſt. lib. 4. de partibus animal. ait nani ſeu pumilionis naturam eſſe, ut pars ſuperior magna ſit, inferior parva. Equorum vero pumiliones dicuntur *ἰννοὶ*, ſive *γυννοὶ*, ideſt, *manni* Horatio, vel *mannuli* Martiali.

Νανώδης, εος, (ὁ καὶ ἡ), *pumilionis formam habens*.

Ναοποιὸς, οῦ, [ὁ], *templi extructor*, *vel templi cuſtos*, Trapezunt. interprete.

Ναὸς, οῦ, (ὁ), *templum*. Ναὸς Deorum eſt, *σηκὸς* vero Heroum, Ammon.

Ναοφύλακες, quibus tutela, & ſarta tecta ædium ſacrarum commiſſa ſunt, Ariſtot. 6. Polit.

Νάπος, εος, (τὸ), & *νάπη*, ης, (ἡ), *ſaltus*, *locus ſylvoſus*, *viretum*, *mons*, *clivus*: item *receſſus* intra montes, ubi flores optime proveniunt. Unde *Napeæ*, herbarum & florum deæ. Dicitur *νάπη*, quaſi *νάφη*, à *νη* privati-

va

va particula, & φάος, *lux* . Hinc νάπας nemoroſa loca vocamus & opaca. Plutarch. in Numa, νάπας σκιερὰς, dixit, ideſt, *lucos opacos* . Νάπος ὑλόκομον, Euripid. *ſaltus ſylvoſus*.

Ναπητῖνος, ου, [ὁ], *Napetinus* , ut Ναπητῖνος κόλπος, *ſinus Napetinus*, haud vero *Lameticus*, Λαμετῖνος, ut viri doctiſſimi legi jubent apud Dionyſ. Halic. *Sinus* , inquam, *Napetinus*, olim terminus Italiæ, quæ non ultra hunc , & ſinum Scylleticum patebat . Vide Cl. Mazochium Comment. in Tabb. Heracl. pag. 58. col. 1.

Νᾶπυ, (τὸ), *ſinapi* . Νᾶπυ dicendum , non σίναπι , ait Phrynichus . Νᾶπυος in genitivo legitur apud Theophr. lib. 1. hiſt. plant. Νάπεια etiam dicitur : Nicander in Alexiph.

Ἐκ δέ τε νάπειαν, ῥαφανόν θ' ἅλις . .

Ναρδίτης οἶνος, vinum nardi odore conditum.

Ναρκισσίτης λίθος, *Narciſſites lapis*. Dionyſ. de ſitu orbis, ἀφεγγέα Ναρκισσίτην vocavit, h. e. *obſcurum*, v. 1031.

Πέτρας, αἱ φύουσι ἀφεγγέα ναρκισσίτην.

Cautes, quæ gignunt obſcurum Narciſſitem .

Ναυσίβιος, ου, (ὁ), *in navi vivens*.

Ναυσικλῦτος, ου, (ὁ), *navibus inclytus*, Odyſſ. ξ. dicitur & Ναυσίκλειτος.

Νάω, *fluo*, Ariſtoph.

Νάω, pro ναίω, *habito*. Heſiod.

Νεανίας , ου, [ὁ], *adoleſcens* , *audax* , *ſtrenuus* , *robuſtus* . Hinc ἀνὴρ νεανίας , *vir acer* . Et Eurip. νεανίας λόγους, dixit , ideſt , *ſermones temerarios* , *juveniles & acres* , τολμηρούς. Eodem metire modo , νεανικὸς, νεᾶνις , ιδος , *puella* , & νεαρὸς, *novus* .

Νεαοιδὸς, οῦ, (ὁ), *recens ſeu novus poeta*, in Epigr.

Νεαπολίτης , ου , (ὁ) , nomen gentile Neapolis : licet in nummis ſæpius Νεοπολ. quam Νεαπολ. legatur . Φιλολογώτατος Mazochius pag. 251. Comment. in Tabul. Heracl. id factum opinatur ab rei monetariæ Præfectis, ut noſtram *Neapolim* a cognominibus aliis urbibus diſcriminarent ; proptereaque A in O (non præter analogiam) fuiſſe commutatam . Ea vero perſcribendi nominis ratio nummorum tenus ſtetit : cum Scriptores omnes modo Νέαν πόλιν, modo junctim ΝΕΑπολιν, cum A in ſcriptis ſuis enotarint.

Νεάπολις , εως , (ἡ) , *Neapolis* , urbs Campaniæ , Regni Neapolitani caput, aliquando *Parthenope* dicta , Maronis tumulo clara:

Nec

Nec ſolum feſtas ſecreta Neapolis aras. Stat.

Νεκῦηγὸς, ȣ, (ὁ), *mortuorum & umbrarum ductor*, ſeu *portitor*, Charontis epith. in Epigr. Dicitur & νεκῦοςόλος: hinc νεκυοςόλος πορθμεὺς, ibidem.

Νεκῦοσσόος, ut νεκυόσσόος ὥρη, *hora ſuſcitans mortuos*, Nonn.

Νεογιλὶς, ίος, [τὸ], &

Νεογιλὸς, ȣ, (ὁ), *infans juvenis*, *recens natus*. Odyſſ. μ. v. 86.

Τῆς ἤτοι φωνὴ μὲν ὅση σκύλακος νεογιλῆς.

Hujus quidem vox quanta catuli leonis.

Νεόθυτος, ȣ, (ὁ), *nuper immolatus*.

Νεόπλυτος, (ὁ ϗ ἡ), *recens ablutus*.

Νεόζυγες, [αἱ], *recens nuptæ*, Apoll.

Νεόζυγος, ȣ, (ὁ ϗ ἡ), *recens copulatus*, *recens nupta*, Eurip.

Νευρῖτις, deſcribitur inter gemmas apud Orpheum.

Νηγάτεος, ȣ, (ὁ ϗ ἡ), quaſi νεηγάτεος, ideſt, νεωςὶ γενόμενος, *novus*, *nuper factus*. Iliad. β. v. 43.

Νήδυμος, ȣ, (ὁ), *dulcis*, pro ἥδυμος, pleonaſm. τȣ̃ ν. vel *profundus*, unde vix emergere, vel excitari poſſis; a νὴ privat. & δύω. Iliad. β. v. 2.

Νηλιτὴς, ίος, [ὁ ϗ ἡ], *peccator*, quia λίαν ἁμάρτωλος. Poteſt etiam eſſe νὴ ςερητικὸν μορίον, *privativa particula*, eritque Νηλιτὴς, *culpa vacans*, ἀναμάρτητος. Hom. Odyſſ. π. & τ.

Νηλῖτις, ιδος, *non peccans*, *inſons*.

Νηπίαχος, ȣ, [ὁ], *parvus infans*. Iliad. β. v. 338. & Phocylid.

Νηπιάχοις ἀπαλοῖς μὴ μάρψῃ χεῖρα βιαίως.

Infantibus tenellis ne corripias manum violenter.

Hinc ἐκ νηπιάχȣ, ἐκ βρέφεος, ἐκ παιδὸς, h. e. *a puero*, *a pueritia*, in Epigr.

Νηρίτης, ȣ, (ὁ), *nerites*, conchæ genus natatilis, quam *naticem* Gaza vertit, ut ſit *natex*, *icis*, apud Ariſtot. lib. 4. de Partib.

Νήριτος, ȣ, (ὁ), *magnus*, *multus*, *innumerabilis*. Heſiod. Βοᾷ τότε νήριτος ὕλη: *immenſa & frondoſa ſylva*.

Νησὶς, ίδος, (ἡ), *Neſis*, *idis*, & *Nebum*, Inſula parva Campaniæ, proxima continenti, inter Neapolim, & Puteolos, aſparago herbâ celebris. Hujus nominis caſus obliqui interdum producti reperiuntur. Papin.

Syl-

Sylvaque, quæ fixam Pelago Neſida coronat. Adde Lucan. lib. 6. v. 90.

Νικαίαρχος, ου, (ὁ), *Nicæarchus*, Pictor fuit ſua ætate eximius. Hic inter alia Venerem inter Gratias & Cupidinem pinxit: & Herculem triſtem inſaniæ pœnitentia. Plin. lib. 35. cap. 11.

Νίκανδρος, *Nicandrus, ſive Nicander*, Colophonius, Grammaticus, & Poeta, & Medicus tempore Attali juvenis illius, qui Gallogræcos vicit. Auctor Suidas. Nic. Alexiph. v. 629.

Νικάνωρ, ορος, nomen propr.

Νικάω, *vinco, fero palmam*. Iliad. α. v. 576.

. . ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ.

. . *quoniam pejora vincunt.*

Νίκη, ης, (ἡ), *victoria*. Iliad. η. v. 21.

. . Τρώεσσι δὲ βούλετο νίκην.

. . *Trojaniſque cupiebat victoriam.*

Νίκη Ἀθηνᾶ, Statua erat Athenis in honorem Palladis erecta, dextra manu tenens malum punicum, ſiniſtra vero robur, & imperium oſtentans.

Νικητήριον, ου, (τὸ), *victoria, præmium victoriæ*, quod ob victoriam fiebat, & de collo pendens geſtabatur, ut *torques*, & hujuſmodi, ut ſcribit vetus Iuvenalis interpres in Sat. 3. in illud v. 68.

Et ceromatico fert niceteria collo.

Νικητὴς, ου, [ὁ], *victor*.

Νικηφόρος, [ὁ καὶ ἡ], *victor*. Item nomen propr.

Νικίας, ου, (ὁ), *Nicias*, nomen prop. Theocr. Idyll. ια. v. 2.

Νικόλαος, & Νικόλεως, *Nicolaus*, nomen propr.

Νικόμαχος, *Nicomachus*, pater Ariſtotelis.

Νικόπολις, nomen urbis in Epigr.

Νιφάτης, ου, (ὁ), *Niphates*, majoris Armeniæ fluvius ſuper Aſſyriam; quo nomine dictus eſt mons Armeniæ, ex quo Tigris naſcitur, ut refert Strabo. Virg. 3. Georg.

Addam urbes Aſiæ domitas, pulſumque Niphatem.

Montem dixit pro populo: intelligit enim Armenios, apud quos mons eſt Niphates. Dictus eſt autem *Niphates* ἀπὸ τῆς νιφάδος, h. e. *a nivibus*. Hinc apud Horat. 2. Carm. ode 9. *rigidus Niphates* vocatur.

Νίφη, ης, [ἡ], *Niphe*, una ex comitibus Dianæ, a niveo candore appellata. Ovid. 3. Metamorph.

M Ex-

Digitized by Google

Excipiunt laticem Niphenque, Hypaniſque, Rhaniſque.

Νιφοβλῆτες, *nive obrutæ*: epitheton maximorum montium: νιφοβλῆτες Ἄλπεις, *Alpes nive petitæ*, in Epigr.

Νιφόεις, εντος, *nivoſus*. Heſiod. ἐν ὀλύμπῳ νιφόεντι, *in Olympo nivoſo*.

Νίφομαι, *nive obruor*. Nonn. κη. v. 236.

Νίφετο μὲν τότε γαῖα

Nive obruebatur tunc terra.

Νίφω, *ningo*.

Νῖνος, (ὁ), *Ninus*, filius Beli, primus Aſſyriorum rex. Nam Belus ſolam habuit Babylonem: Ninus vero totam Aſſyriam. Ovid.

Νιρεὺς, έος, nomen propr. Iliad. β. v. 180.

Νισαίη, *Niſææ*, nomen propr. Nymphæ, cujus meminit Virgil. 5. Æneidos:

Niſææque, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque.

Νίσειος, ου, (ὁ), *Niſeus*, ut *canes Niſei* apud Ovid. 4. Faſt.

Νῖσος, ου, *Niſus*, rex Megarenſium, pater fuit Scyllæ: cetera vide apud Virgil. 1. Georg. & Tibull. lib. 1. Eleg. 4.

Νίσυρος, nomen Inſulæ eſt inter Cycladas. Iliad. β. v. 183.

Νομίκιος, & Νομικος, *Numicius*, & *Numicus*, ingens fluvius fuit in Latio; in quo repertum eſt cadaver Æneæ, & conſecratum. Vide Liv. Decad. 1. lib. 1.

Νυκτιφαὴς, έος, (ὁ καὶ ἡ), *noctu apparens*, *noctu lucens*, Nonnus. Hinc Luna *Noctiluca* dicitur Horatio.

Νυκτιλόχοι, [οἱ], *latrones nocturni*, Ariſtoph.

Νυκτιμένη, ης, [ἡ], *noctua*.

Νυκτίνομος, ου, [ὁ καὶ ἡ], *avis quæ noctu paſcitur, & vagatur*, ut *ulula*.

Νυκτιπλανὴς, έος, [ὁ καὶ ἡ], *noctivagus*, Oppian.

Νυκτιπόλος, ου, [ὁ], *noctivagus*, ut *Luna noctivaga* dicitur a Poetis, & *currus noctivagus*.

Νυὸς, οῦ, [ἡ], *nurus*, *ſponſa*. Iliad. γ. v. 49.

νυὸν ἀνδρῶν αἰχμητάων,

ſponſam virorum bellicoſorum. . . Homerus Helenam, vocat quia Græci pro ea ceu pro fratris communis uxore recuperanda pugnabant.

Νῦσα, ης, (ἡ), *Nyſa*, urbs Arabiæ, apud quam (ut Diodorus ait) Bacchus educatus a Nymphis fuit. Unde & Νυσαῖος dictus eſt, ac cognominatus Διονύσιος, a

Iove

Iove ſcilicet, & Nyſa nomen accipiens.

Νυσεὺς, έος, dictus eſt Bacchus. Ovid. 4. Metamorph.

Νυσιὰς, άδος, *Nyſias*, *adis*, patronym. femin. ut *Nymphæ Nyſiades* apud Ovid. 3. Faſt.

Νυσιγενὴς, έος, [ὁ καὶ ἡ], *Nyſigena*, qui in Nyſa natus eſt. Catull. Argon. epigr. 59.

Νυχεύμα, τος, [τὸ], *lucubratio*, *vigiliæ*, Eurip. in Supplicib.

Νύχιος, ου, (ὁ), *nocturnus*, *pernox*, Heſiod.

Νυχοβόρος, ου, [ὁ], *nocte vorans*: muris epith. apud Nicand. Prima producitur Ectaſi.

Νώδυνος, ου, (ὁ), *doloris expers*.

Νωδυνία, ας, (ἡ), *indolentia*, *doloris levatio*.

Νωνυμνος, ου, (ὁ), *inglorius*, *obſcurus*, *ignobilis*, media ſyllaba vi *Liquidæ* producta. Iliad. μ. v. 70.

Νωνύμνους ἀπολέσθαι *inglorios perire*.

Et Iliad. ν. v. 227. & Odyſſ. α. v. 222. Sunt qui hic νώνυμνον legendum putant; ſed Euſtathius ſemper primam lectionem agnovit, præcipue fol. 848. lin. 32. Atque hanc etiam conſtanter agnovere MS. CCC. Cantabr. Barocc. Oxon. & MS. Mori. Præterea media producta reperitur apud Phocylid. v. 164.

Μὴ μείνῃς ἄγαμος, μή πως νώνυμνος ὄληαι.

Ne maneas caelebs, ne forte ſine nomine pereas.

Et apud Apollon. β. Argon.

Ξ

Ξηρόμυρον, *unguentum ſiccum*. Vide Aetium lib. 6.

Ξηροπυρίτης, ου, (ὁ), *panis cibarius*, *ſeu furfuraceus*. Amerias apud Athen. lib. 3.

Ξηροφαγεῖν, *pane ſicco uti*, & *ſolitario* h. e. *ſine opſonio*. Servant adhuc hanc Itali locutionem: nam apud nos *pane aſciutto*, idem eſt, quod Latine *ſiccus*. Vide Iulium Capitolinum in Antonino Pio, hunc Principem *panis ſicci* fragmento ruentem ſtomachum fulciviſſe narrat. Atque hinc eſt illa ξηροφαγία, uſitatum apud Chriſtianos nomen, qua Fideles tota quadrageſima utebantur, Sabbatis ac Dominicis exceptis, uti ex Canone Laodiceno quinquageſimo. Cl. Mazoch. tom. 2. Spicileg. Bibl. pag. 511.

Ξόανον, ου, (τὸ), *ſtatua*, *ſignum*, ac proprie quæ Heroibus erigitur ſtatua, quemadmodum quæ diis, εἴδωλον, quæ regibus ἀνδριὰς. Ξόανα, *ſimulacra brevia*, *quæ portabantur in Lecticis*, inquit Servius Virgilii interpres, qui etiam ſic ſcribit, ligneum ſimulacrum Latine *delubrum* a libro, ideſt, raſo ligno factum, quod Græce ξόανον dicitur. Vide Ammon.

Ξυάλη, & ξυήλη, *radula*, inſtrumentum quo aliquid raditur: Heſych. vocat *falculam*, *ſive falcatum gladium*.

Ξυίνη Λακωνικὴ apud Pollucem *aſcia*, *ſecuris*, qua utebantur Lacones.

Ξυηρὸς, ου, [ὁ], *levigatus*,

Ξυλίτης, ου, (ὁ), *piſcis quidam*.

Ξυνὸς, ου, (ὁ), *communis*: ξυνὸν δόρυ, *adjutrix haſta*, & *ſocia periculi*. Iliad. ο. v. 193. & Theocr. Idyll. κγ. v. 24.

Ξυνήων, ονος, (ὁ καὶ ἡ), *communis*. Nonn. v. 266.

Εὐνέταν, ἢ θυγατέρα βαλὼν ξυνήονι πότμῳ.

Conjugem, aut filiam mittens communi morti.

Ξυνῇ, *communiter*. Dionyſ. de ſitu Orbis v. 1097.

Ξυνῇ ὁμῶς μάλα πάντας ἐπωνυμίην Ἀριηνοὺς.

Communiter ſimul omnes cognomento Arianos.

Ξυνόω, *conjungo*, *conſocio*. Nonn.

. . ἔπος ξύνωσε Φιλίππῳ . . *reſpondit Philippo*.

Et alibi: . . τό-

. . τόδε πάντες ἐνὶ ξυνώσατε μύθῳ.

. . *hoc una & eadem ſententia dixiſtis.*

Ξύϛις, εντος, *politus*, *levigatus*. Th. ξύω.

Ξυράω, & ξυρέω, *rado*, ut κείρω *tondeo*. Soph. in Ajace.

Ξυρήκης, εως, [ὁ καὶ ἡ], *pubeſcens*, *aptus qui radatur*. ξυρήκης χειρὶ, Euripid.

Ξυρήσιμος, ου, (ὁ), idem quod ξυρήκης.

Ξύρησις, εως, [ἡ], *raſura*, Columell.

Ξυρίας, ου, (ὁ,) *qui ad cutem tonſus eſt*, *raſus*; eſt & perſona tragica; Poll.

Ξύριον, ου, (τὸ), *novacula*.

Ξυροδόχη, ης, (ὁ), apud Ariſtoph. & Poll. &

Ξυροθήκη, ης, [ἡ], *theca novacularum*.

Ξύρομαι, *rador*, vel *me rado*, proprie novacula.

Ξυρὸν, ῦ, (τὸ), apud Poll. & ξυρὸς, (ὁ), *acutus*, *ad radendum & ſcalpendum idoneus*. Iliad. κ. v. 173.

. . πάντεσσιν ἐπὶ ξυρῦ ἵϛαται ἀκμῆς.

. . *res omnibus in novaculæ ſitæ ſunt acie*. Vide Eraſm. in Proverb. *in acie novacula*; pro quo & ξυρεῖν ἐν χρῷ, *tondere ad cutem* dicitur, cum ſignificatur quod eſt proximum periculo.

Ξυσσῖτος, ου, [ὁ], *convictor*; *contubernalis*. Th. σῖτος, *panis*.

Ξύω, *rado*, *erado*; *polio*, *dolo*. Ξύειν etiam *ſcribere* eſt, τὸ γράφειν, Homero, teſte Suida. Unde ξύσματα, τὰ γράμματα, *literæ*, & *characteres*.

O

Οἄρ, ἄρος, (ἡ), *uxor*. Iliad. ε. v. 487.
Οαρίζω, *loquor*, proprie cum mulieribus. Iliad. ζ. v. 518.
Οαριστὴς, ȣ̃, (ὁ), *confabulator*, *familiaris*. Odyſſ. τ. v. 179.
Οαριστὺς, ύος, [ἡ], *confabulatio*. Iliad. ξ. v. 216.
Οᾶρος, ȣ, (ἡ), *femina*. Iliad. ι. & in Epigr.
Οβριμος, ȣ, [ὁ], *potens*, *minax*, *fortis*. Iliad. δ. v. 455.
Οβριμοεργος, ȣ, (ὁ), *horrenda*, *& gravia patrans*. Iliad. ε. v. 403.
Οβριμόγυιος, ȣ, (ὁ), *validus*, *robuſtus*, proprie *validos artus habens*, epith. Ceti apud Oppian. Halieut. γ. v. 39.
Οβριμοπάτρη, ης, (ἡ), vel ὀμβριμοπάτρη, *nata patre prævalido*, *& forti*, epith. Minervæ. Iliad. γ. v. 357.
Οβριμόπατρος, ȣ, [ὁ ϗ ἡ], *forti patre genitus*. Iliad. ε. v. 747.
Οβριμόθυμος, ȣ, [ὁ], *magnanimus*, Heſiod. in Theog.
Οδίτης, ȣ, [ὁ], *viator*. Odyſſ. η. v. 204.

. . ϗ μȣ̃νος ἰὼν ξύμβληται ὁδίτης.
. . *& ſolus iens occurrerit viator*.

Οδύνη, ης, (ἡ), *dolor*. Odyſſ. α. v. 244. & Odyſſ. β. v. 79.

. . ἀπρήκτȣς ὀδύνας ἐμβάλλετε θυμῷ.
. . *inanes dolores injicitis animo*.

Οδυνηρὸς, ȣ̃, [ὁ], *gravis*, *moleſtus*, *acerbus*. Ariſtoph.
Οδυνήφατος, ȣ, (ὁ, *pellens dolorem*. Iliad. ε. v. 402.
Οδύρομαι, *lugeo*, *lamentor*, *doleo*. Iliad. β. v. 290. & Odyſſ. α. v. 243.

. . οὐδ' ἔτι κεῖνον ὀδυρόμενος στεναχίζω.
. . *neque amplius illum lugens defleo*.

Οκριόεις, εντος, [ὁ], *horrendus*, *dirus*. Iliad. ζ. v. 345.
Οκρυόεις, εντος, [ὁ], *idem*.
Οιέανος, *unicam veſtem habens*. Vide ἑανὸς.
Οἴεαι, antep. l. pro οἴῃ, per dialyſin, *exiſtimas*. Iliad. ι.

Δαιμονίη αἰεὶ μὲν ὀΐεαι . . *ſuſpicaris*.

Οἴω, *puto*, *opinor*, *cenſeo*. Iliad. α. v. 59.

Ατρείδη, νῦν ἄμμε παλιμπλαγχθέντας ὀΐω.
Atride, *nunc nos iterum errantes puto*.

Ο-

Οἰδιποδιόνιος, *Oedipodionius*. Ovid. 15. Metam.
Oedipodioniæ quid ſunt niſi nomina Thebæ?

Οἰδιποδιονίδης, ου, (ὁ), *Oedipodionides*, patronym. maſc. Stat. 11. Thebaidos:
Oedipodionides furtim deſerta pererrat.

Οἰκόσιτος, ου, [ὁ], *qui alitur domi, qui ex ſuo vivit*. Opponitur τῷ παρασίτῳ. Οἰκόσιτοι μαθηταὶ, dicuntur diſcipuli, qui magiſtri ædes diſcendi cauſſa frequentant, ſed non ab eo aluntur. Tandem οἰκόσιτοι *nuptiæ* ſunt, quæ domi celebrantur inter familiares dumtaxat, remota cetera forenſi multitudine. Athen.

Οἰκοτρίβης, ου, (ὁ), Euſtath. is qui natus ſervis parentibus, ipſe etiam eſt ſervus: *verna*, h. e. ſervus domi natus.

Οκτάρυμος, ſeu ὀκτάῤῥυμος, ου, (ὁ καὶ ἡ), *octijugis*, *octo temones habens*.

Οἰνοβαρὴς, έος, [ὁ καὶ ἡ], *vino gravis*, *ebrius*. Iliad. α. v. 222.

Οἰνοπίπης, ου, (ὁ), *vinolentus*, *temulentus*. Ariſtoph. At vero ſecundum Suidam, οἰνοπίπης, proprie eſt is, qui circumcirca vagis oculis inveſtigat quod poteſt, ut γυναικοπίπης, παρθενοπίπης, & παιδοπίπης, ab ὀπιπεύω, *circumſpicio*.

Οἰσάμενος, ου, (ὁ), *ſuſpicatus*. Apoll. Arg. δ. v. 220.
. . οὐκ' ὀϊσαμένη δόλον εἶναι.
. . *nullum ſuſpicata dolum ſubeſſe*. Th. ὀΐω.

Ὀϊζυρὸς, οῦ, [ὁ], *ærumnoſus*, *miſer*. Iliad. α. v. 417.
Νῦν δ' ἅμα τ' ὠκύμορος καὶ ὀϊζυρὸς περὶ πάντων.
Nunc autem ſimul & cito moriturus, & miſer ſupra omnes. Apud Theognidem, ὀϊζυρὸς, eſt *improbus*.

Ὀλβιόθυμος, ου, (ὁ), *beatus*. Orph. hym. in Iovem.

Ὀλιγοδρανέω, *langueo*, dicitur proprie de animam agentibus. Iliad. ο. v. 245.

Ὀλιγοδρανία, ας, (ἡ), *languor*, in Epigr.

Ὀλιγόμυθος, *pauciloquus*, Plaut.

Ὀλιγόπυρος, *parum habens tritici*. Theophr. lib. 4. cap. 12.

Ὀλιγοσιτεῖν, *exiguo cibo eſſe contentum*.

Ὀλιγοσιτία, ας, [ἡ], *continentia in victu*.

Ὀλιγόσιτος, ου, [ὁ], *qui modico cibo utitur*.

Ὀλιγόψυχος, ου, (ὁ), *puſillanimis*.

Ὀλολυγὴ, ῆς, [ἡ], *ejulatus muliebris*, *vociferatio*. Iliad. ζ.
Αἱ δ' ὀλολυγῇ πᾶσαι . . .

Quæ ejulatu omnes . . . . *Supplicia muliebria* dixit Salluſt.

Ὀλολῦγόνες, genus ejulatus, quem emittunt mares ranæ, cum feminas ad coitum vocant, quem etiam *ololygones* Latini vocant, h. e. ὀλολύζοντες. Vide Plin. lib. 11. cap. 37.

Ὀλολῦγὼν, ὄνος, *avis ſolitariæ genus*, apud Aratum: quam Cicero *acredulam* vocavit. Theocr. Idyl. ζ. v. 139.

Ὀλόπῦρος, *triticum integrum*.

Ὀλόσφῦρος, ϗ ὁλοσφύρατος, apud Heſych. *ſolidus, non conflatus, ſed malleo ductus*. Dicitur etiam ὁλοσφυρήλατος. Th. σφῦρα, *malleus*.

Ὀλοφῦρομαι, *lugeo, queror, ejulo*. Iliad. ε. v. 871.
Καὶ ῥ᾽ ὀλοφυρόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.
Et lamentans verbis alatis allocutus eſt.

Ὀλοψῦχῶς, *toto animo*.

Ὀλυμπιονίκης, ε, [ὁ], *victor in Olympiis, qui Olympia vicit*, Valla apud Thucydid.

Ὀλῦρα, ας, (ἡ), *legumen nigrum ervo minus*, quod hodieque apud maritimos Lyciæ majoris nomen ſervat. *Siligo*. interpr. Theodor. Nonnulli a ſiligine ſeparant. Valla nunc *avenam*, nunc *far* interpretatur. Plin. lib. 18. *arincam* exponit. Homerus etiam pabulum facit equorum Iliad. ε. v. 196.
. . κρῖ λευκὸν ἐρεπτόμενοι, ϗ ὀλύρας.
. . *hordeum album comedentes, & arincam*.

Ὁμᾶδος, ε, [ὁ], *conventus, cœtus*. Iliad. β. v. 95. Dicitur & ὁμὰς, ἄδος.

Ὁμᾶλῦνω, *explano, polio, adæquo*.

Ὁμᾶλῦνων, *adæquans ſolo*.

Ὁμηγῦρις, εως, (ἡ), *cœtus*. Hom. hym. in Apollin.
Εἰσι Διὸς πρὸς δῶμα, θεῶν μεθ᾽ ὁμήγυριν ἄλλων.
Contendit Iovis domum, deorum cum cœtu aliorum.

Ὁμηγῦρίζομαι, *congrego, çogo*. Odyſſ. π.

Ὁμηρομάστιξ, ῖγος, (ὁ), *Homeromaſtix*, h. e. *Homeri flagellum*, cognomentum eſt Zoili cujuſdam.

Ὁμιλᾶδὸν, *ſimul, turmatim, catervatim*. Iliad. μ. v. 3.
Ἀργεῖοι, ϗ Τρῶες ὁμιλαδὸν.
Argivi, & Troes catervatim.

Ὁμῖληδὸν, *idem*. Heſiod.

Ὁμῖλέω, *verſor, concionor, convivo*. Iliad. α. v. 261.
. . ϗ ἀρείοσιν, ἠέπερ ὑμῖν
Ἀνδράσιν ὡμίλησα.

. . . *& cum melioribus, quam vos eſtis,*
Viris conſuetudinem habui . . .

Ομιλητὴς, ȣ, (ὁ), *diſcipulus, contubernalis.*

Ομῖλος, ȣ, [ὁ], *vulgus, cœtus, turba.* Iliad. *ν.* v. 307.
. . . πῇ τ' ἄρ μέμονας καταδῦναι ὅμιλον;
. . . *qua parte fert animus ingredi turbam?*

Ομιχεῖν, *mejere, lotium reddere, urinam facere.* Heſiod. lib. 2. ἔργων:
Μηδ' ἄντ' ἠελίοιο τετραμμένος ὀρθὸς ὀμιχεῖν.
Neque contra Solem verſus erectus mejito.

Ομίχησις, εως, (ἡ), *mictus, lotium, commictus* Lucretió lib. 4.
At commictus aquæ digitum non altior unum. *Micturam* dicit Albertus lib. 7. de Animalib. Plautus urinam vocavit *fullonicam* in Aſinaria: *Mirum*, inquit, *niſi fullonicam bibere ſolitus.* Quoniam fullones, auctore Plin. lib. 28. utuntur illa, eos propterea podagrâ tentari negant: quam idem Plinius ob eamdem cauſſam *fulloniam* appellat. Heſychius hanc vocem aſpirat.

Ομοθυμαδὸν, *unanimiter, unanimi conſenſu.*

Ομοψύχως, *communi omnium conſenſu.*

Ομόθυμος, ȣ, (ὁ), *unanimis.*

Ομοθυμία, ας, (ἡ), *unanimitas.* Liv.

Ομοιόκριθος, *hordei gerens ſpeciem, hordeo ſimilis.*

Ομοιόπυρος, *tritico ſimilis.* Theophr. lib. 4. cap. 6.

Ομοσιτέω, *ſimul veſcor.*

Ομόσιτος, ȣ, (ὁ), *convictor, qui una veſcitur.*

Ομότιμος, ȣ, (ὁ), *par honore.* Phocyl. v. 34.
Εςωσαν ὁμότιμοι ἐπήλυδες ἐν πολιήταις.
Sint in pari honore advenæ cum civibus.

Ομόφυλος, ȣ, (ὁ καὶ ἡ), *ejuſdem generis, ſeu tribus, contribulis.* Hinc ὁμόφυλοι ὄρνιθες, *ejuſdem generis aves*, Xenoph. ὁμόφυλος ζεὺς, *gentilitius Iupiter, contribulis Iupiter*, Plato in legib.

Ομόψυχος, ȣ, (ὁ καὶ ἡ), *unanimis, concors.*

Ομοψύχως, *unanimiter, eodem animo.*

Ομφακίτης οἶνος, *omphacites vinum, quaſi acerbum*: fit ſiccata ſole uva paullo ante maturitatem decerpta. Dioſc. lib. 5. cap. 14.

Ομφακίτης κηκὶς, *galla omphacitis*, cujus duo genera vide apud Dioſc. lib. 1. cap. 47.

Ονῖτις, ιδος, [ἡ], *Onitis* Plinio, & ὀνῖτις Dioſcoridi, genus eſt origani, quod deſcribit Dioſc. lib. 3. cap. 33.

Sic dictum eſſe volunt, quia ſit aſinorum pabulum.

Ονοβάτις, (ἡ), *mulier in adulterio deprehenſa*: apud Cumanos in forum deducebatur, & ſaxo impoſita omnibus proponebatur, indeque aſino impoſita per civitatem vehebatur. Ea infamia notatam, ὀνοβάτιν appellabant. Ab eo tempore lapidem tamquam impurum, & deteſtabilem vitabant. Eraſm. in Chiliad. & apud Heſych. ὀνοβάτιδες, *famoſæ mulieres*. Originem fabellæ de aſinino capite, quod conſtanti ſuperſtitione ab Iudæis coli Ethnici commenti ſunt, ex eo decepti, quod *Beth-aven*, aut potius *Beth-on*, Græce οἶκος ὄνε, tum *templum abominationis*, tum *aſini* redderetur, vidsíis apud Cl. Mazoch. tom. 2. Spicileg. Biblici pag. 59. & 60.

Ονυχίτης, ε, [ὁ], *onychites lapis*, Suid.

Ονύτης, ε, (ὁ), *Onytes*, nomen viri propr. quod Donatus (inquit Servius) dicit aut gentile eſſe, aut patronymicum: ſed hoc non procedit, quia neque patronymicum in *tes* exit, neque *Onytes*, a qua gente ortum habeat, uſquam lectum eſt. Proprium ergo eſt. Hæc Servius enarrans Virgilianum illud lib. 12. Æneid.

Tres uno congreſſu, & mæſtum mittit Onytem.

Οξυθυμεῖν, *acriter iraſci*, *excandeſcere*. Dicitur &

Οξυθυμεῖσθαι Ariſtophani.

Οξυθυμία, ας, [ἡ], *excandeſcentia*, *iracundia*: quod vitium opponitur μακροθυμίᾳ h. e. *æquanimitati*.

Οξυθύμια, [τά], & pro eodem ὀξυθυμία, ας, (ἡ), *piacula atque expiationes quædam*, quas, luſtratis ædibus, efferebant in trivia, ut illa in Virgilii Pharmaceutria ita jubet:

Fer cineres, Amarylli, foras; rivoque fluenti,

Tranſque caput jace: ne reſpexeris. Alii hac voce *Cruces* intelligunt & *ligna*, e quibus nonnulli ſtrangularentur. Ita Ariſtarchus apud Suidam.

Οξύῤῥινες, (οἱ), *naſo acuto*.

Οξυθυμίας, ε, (ὁ), &

Οξύθυμος, *præceps animi*, Virgilio *iræ impatiens*, qui *cerebroſus* Horatio: *cerebroſus proſilit unus*. Et alibi: *O te, Bollane, cerebri Felicem!* Idem poeta cum de ſe ait: *iraſci facilem, tamen ut placabilis eſſet*; ſignificat ſe eſſe θυμικὸν καὶ ὀξύθυμον: nam hi iram colligunt, & ponunt temere: quod ipſe de pueris dixit; de quibus ita Ariſtoteles Rhet. 2. καὶ θυμικοὶ, καὶ ὀξύθυμοι, ideſt, *iracundi & acris iræ*. Idemque ait, *cerebroſos*, & *liberos* in lo-

loquendo non metuendos, ſed mites diſſimulatoſque hoſtes.

Οπάων, ονος, [ὁ], *miniſter*, *comes*. Iliad. η. v. 165. dicitur & ὀμὰς, ἀδος.

Οπιπεύω, *contemno*. Nonn. ζ. v. 54.

Τερπωλῆς χατέοντας ὀπιπεύων ὑμεναίους.

Delectatione carentes contemnens hymenæos. Item *obſervo*, *contemplor*.

Οπλίτης, ου, (ὁ), *miles*. Opp. κυνηγ. β. v. 64.

Στράπτουσαι θαμινοῖσιν ἐναντίον ὁπλίτῃσιν.

Fulgentes confertis ex adverſo militibus.

Οπλιτεύω, *armatus incedo*.

Οπλιτίδες, [αἱ], *ſtatuæ feminarum armatæ*.

Οπλιτοδρομεῖν, eorum eſt, qui armati curſu certabant.

Οπλιτοδρόμος, ου, (ὁ), apud Polluc. *armatus currens*.

Οπλιτοπάλης, ου, (ὁ), apud Æſchyl. *qui armatus luctatur*.

Οπωρινὸς, οῦ, (ὁ), *autumnalis*. Iliad. ε. v. 5.

Αστέρ' ὀπωρινῷ ἐναλίγκιον . .

Stellæ autumnali ſimilem . . & lib. π. v. 385.

Οπίτης, ου, [ὁ], nomen prop. viri. Iliad. λ. v. 200.

Οραμα, ατος, (τὸ), *ſpectaculum*. Βατραχ. v. 91.

Υδρὸς δ' ἐξαπίνης ἀνεφαίνετο, δεινὸν ὅραμα.

Hydrus ex improviſo apparuit, horrendum ſpectaculum.

Ορασις, εως, (ἡ), *viſio*, *aſpectus*.

Οράτης, ου, [ὁ], *ſpectator*.

Ορεοσέλινον, ου, [τὸ], *oreoſelinum*, apium montanum, Dioſc. lib. 3. cap. 76. *montapium*, Gaza.

Ορκυνὸς, ου, [ὁ], *Orcinus piſcis*. Opp. Hal. α. v. 183.

Ορκύνων γενεή, καὶ πρηνάδες, ἠδὲ κυβεῖαι.

Orcynorum genus, *&* *prenades*, *atque cubeæ*.

Ορχαμος, quaſi ἄρχαμος, *princeps*. Iliad. β. v. 837.

Ορθοπυγιᾶν, *ſurrigere clunes*, ut qui ſtat, major videatur, Heſych.

Ορθοπύγιον, *pars ſupra clunes elata*, quæ & ὄῤῥος dicitur Heſych.

Οριγανίτης οἶνος, *origanites vinum*, ideſt, ex origano confectum, Dioſc. lib. 5. cap. 55.

Οριμαλίδες, *poma agreſtia*, *&* *ſylveſtria*, quæ matureſcunt ſimul atque ficus: ita dicta a montibus quibus proveniunt. Theocr. Idyll. ε.

. . οὐδ' ἀκύλοις ὀριμαλίδας . .

. . neque cum glandibus montana poma . .

Videſis proverbium apud Eraſm. *Orimalides cum acylis ne contuleris*, pag. 178.

Ορι-

Ορΐνω, *concito, commoveo*. Iliad. β. v. 142.

. . θῦμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ὄρινε.

. . *bis animum in pectoribus commovit*. Et Odyſſ. ω. v. 567. Vide apud Eraſm. prov. ὗν ὀρίνει, *ſuem irritat*, quod dicitur in rixarum avidum.

Ορνις, ῖθος, *avis, gallina, ales*. Iliad. β. v. 271. & Theocritus in Bucolicis:

Καὶ μοισᾶν ὄρνιθες ὅσοι ποτὶ χῖον ἀοιδὸν,
Αντία κοκκύζοντες ἐτώσια μοχθίζοντι.

Quotquot aves Muſarum audent certare poetæ
Chio, coccyſſando, opera conantur inani. Vide Eraſm. in Proverb. Μυσῶν ὄρνιθες. pag. 252. & ὀρνίθων γάλα: pag. 102.

Ορνιθευτής, ῦ, (ὁ), *auceps*.

Ορνιθάριον, ῦ, [τὸ], *avicula*.

Ορνιθεία, ας, (ἡ), *augurium, auſpicium*, ſcil. futurorum prædictio ex avium volatu, aut garritu.

Ορνιθεύομαι, *auguror*.

Ορμιὴ, ῆς, (ἡ), *linea piſcatoria ſetis equinis contexta*. Opp. Hal. γ. v. 150.

Ορμιῇ λαγόνας προσπτύσσεται . .
Funiculo lumbos applicat . .

Ορμῖνον, ῦ, [τὸ], *horminum*, genus herbæ, de qua Dioſc. lib. 3. cap. 145. & Nicand. in Alexipharm.

Ορνιθοβόσκος, ῦ, [ὁ], *aviarius, avium paſtor*; at ὀρνιθόβοσκος, *aviarium*.

Ορνιθόγονος, ῦ, (ὁ), *ex ave natus*, Euripid.

Ορνιθομανὴς, έος, (ὁ καὶ ἡ), *qui aves alendi inſano tenetur ſtudio*.

Ορνιθομανέω, *avium teneor amore*, Ariſtoph.

Ορνιθοπέδη, ης, [ἡ], laqueus qui avibus tenditur, Ciceroni *tendicula*.

Ορνιθοφάγος, ῦ, (ὁ), *aves comedens*.

Ορνιθὼν, ῶνος, (ὁ), *aviarium, cortaliam ſtabulum, officina cortalium*, Columell. lib. 8. cap. 3.

Ορόβινος, *coloris ſpecies ex lutea herba confecta*. Plin. lib. 3. cap. 5.

Ορθύνω, *concito*. Iliad. ε. v. 595.

. . τὰς δ' ὀρθύνεν.

. . *bos vero concitabat*.

Ορροπύγιον, *uropygium*, ultima in animalibus renum pars, quæ ſedi ſupereminens, anum ex ſuperiore parte integit, in avibus manifeſtior, quam in homine. Non habet

bet hæc pars Latinam appellationem, cujus in epigrammate ſuo meminit. Martial.

Et anatis habens orrhopygium macræ.

Ορυμαγδὸς, ȣ, (ὁ), *tumultus*, *ſtrepitus*, proprie in montibus cum cæduntur arbores. Iliad. β. v. 810.

Οσῖρις, ιος, vel ιδος, (ὁ), *Oſiris*, Ægyptiorum Deus, ſub hominis cornuti ſimulacro primum, ac poſtea ſub ſpecie bovis adoratus. Iuvenal. Sat. VIII. 29.

Exclamare libet, populus quod clamat Oſiri

Invento . . . Hunc & *Mnevin* aut *Mneven* vocarunt. Sub Oſiride vero Moſen latuiſſe viri eruditi fatentur: De Moſaicis cornibus h. e. de ejus cornuta, ſeu bifurcata radiatione videſis Cl. Mazoch. tom. 2. Spicileg. Biblic. pag. 78. & 79.

Οσιρίτης, ab Ægyptiis dicitur herba, quam *cynocephaliam*; h. e. *canis caput* vocant, quod canino capiti ſit ſimilis. Tradunt, ſi quis eam totam eruat, ſtatim mori. Plin. lib. 3. cap. 2.

Οστρακίτης, ȣ, [ὁ], *lapis oſtracites*. Plin. lib. 36. cap. 19.

Οστρίτης, ȣ, (ὁ), nomen lapidis apud Orpheum.

Οτρυνέω, *excito*, *hortor*. Iliad. ξ v. 131.

Αλλους δ' ὀτρυνέοντες ἐνήσομεν . .

Ceteros adhortantes immittemus . .

Οτρύνω, *tumultuor*, *excito*. Iliad. β. v. 94.

Οτρύνουσ' ἰέναι . .

Incitans ire . .

Ουλαμὸς, ȣ, (ὁ), multitudo L. equitum quadrangulari forma diſpoſita. Iliad. δ. v. 251.

Ουλοκάρηνος, ȣ, [ὁ], *criſpus*, ſeu *criſpo capite*. Odyſſ. τ. v. 246.

Ουλοχύτης, ȣ, (ὁ), *hordeum ſale conſperſum*, ſeu *mola ſalſa*, aut *caniſtra*, quibus ſalſæ fruges portabantur. Iliad. α. v. 449. De hac re vide τὸν πάνυ Mazoch. tom. 2. Spicileg. Bibl. pag. 81.

Ουρανὸς, ȣ, (ὁ), *Caelum*. Hic nota numquam Græcos πληθυντικῶς h. e. plurativo numero hanc vocem uſurpaſſe, quia id σολοικον apud ipſos habetur. Apud Latinos autem *Caelos* licuiſſe dici teſtatur Lucretius II. 1096. *Quis pariter caelos omneis convertere?* Neque audiendus eſt Tanaquillus Faber, qui id ad infinitos Epicureorum mundos retulit, acute quidem, ſed non vere. Nam & Varro uſus fuerat in IV. de L. L. *Caeli dicuntur loca ſupera*, *&* *ea deorum*; & veteris alterius poetæ illud affertur:

Inp-

Iuppiter in Caelis, Cæſar regit omnia terris.

At, inquies, unde ſic loqui didicerunt Latini? Ab Hebræis, a quibus per Tyrrhenos pleraque ſuorum tum vocabulorum ac locutionum antiquarum, tum etiam dogmatum hauſerunt. Atque id liquido demonſtrat ipſum *Caeli* nomen, quod totum Hebraicum eſt. Videſis Cl. Mazoch. tom. 1. Spicileg. Bibl. pag. 30.

Οὐρίαχος, ου, [ὁ], *ferrum quo ima haſtilis pars præfixa erat*. Iliad. ν. v. 443. Hic & σαυρωτὴρ vocabatur. Haſta enim apud veteres utrinque mucronata erat, nimirum ſuperne munita ἐπιδορατίδι (illâ, inquam, cuſpide, qua pluſimum ad impetendum utebantur) inferne vero mucrone altero, qui vocabatur σαυρωτὴρ alter, quia geminus erat: unus ſcilicet, ut fracta ἐπιδορατίδι ad feriendum ſuccederet, alter ut in vaginam, h. e. in ſauroterem alterum ſtabilem, ſive bello intermittente, ſive dormiente aut otiante duce, rectus includeretur. Vide Euſtath. tom. 2. pag. 793. lin. 30. Haſta autem apud Romanos, quia caruit infima cuſpide (teſte Polybio lib. 6. pag. 655. edit. Amſtel.) σαυρωτῆρος ſibi nomen numquam uſurpavit, quia ejus pars infima iners erat. Vide Cl. Mazoch. tom. 2. Spicileg. Bibl. pag. 147.

Ὀψάριον, ου, (τὸ), & ὄψον, apud antiquos idem valebant κατ' ἐξοχὴν quod *piſciculus*, & *piſcis*: idque ex eo fiebat, quod piſcium uſus adeo vulgaris erat, ut hi *Opſonii* nomen vulgo geſſerint. Qui igitur aſſentiemur Platoni lib. 3. de rep. aſſerenti, Heroibus apud Homerum numquam fuiſſe piſces appoſitos; licet ad Helleſpontum (ἰχθυόεντα *piſcoſum* ab eorum copia appellatum) caſtra habuerint? Stemus igitur potius ab Athenæo, qui lib. 1. cap. 10. Homero ipſo teſte, piſcium eſum confirmavit. Odyſſ. enim μ. v. 330. facit illos utentes piſcibus, & avibus:

Ἰχθῦς ὄρνιθάς τε, φίλας δ' ὅτι χεῖρας ἵκοιτο
Γναμπτοῖς ἀγκίστροισιν.

Venabantur aves, piſceſque, & quidquid in hamos
Incideret curvos. Vide Cl. Mazoch. tom. 2. Spicileg. pag. 96.

Πεγ

Π

Παγχρύσεος, ῦς, [ὁ], *totus aureus*. Iliad. β. v. 448.
Τῆς ἑκατὸν θύσανοι παγχρύσεοι ἠερέθοντο.
Ex qua centum fimbriæ totæ aureæ ſuſpendebantur.

Πάγχρυσος, ου, [ὁ], *idem*, Ariſtoph.

Πάγος, ου, (ὁ), *collis*, *ſcopulus*, *cautes*. Odyſſ. ε.
ἀκταὶ προβλῆτες ἔσαν, σπιλάδες τε πάγοι τε.
Atque hinc in proclivi eſt colligere, Græcam vocem πάγος longe aliter accipi, atque *Pagus* apud Latinos. Attamen poſſet *pagus* a πάγος deduci. Nempe quia primitus in *colle*, ſecuritatis cauſſa ædificia exſtruxere, ut auctor eſt Dionyſ. Halic. lib. 12. Quinam vero fuerint *Pagi*, & *Compagi*, vide apud Cl. Mazoch. Comment. in Tabb. Heracl. pag. 400. Et de Amphitheatr. Campano pag. 153.

Παιὰν, ᾶνος, [ὁ], *Pæan*, genus cantilenæ in laudem Apollinis, & Dianæ, quod canebatur parta victoria, aut in belli congreſſu, aut in averſione malorum, veluti ut peſtis ſedaretur: a παύω, quaſi παυάν.

Παιανίζω, *Pæana cano*.

Παιανισμὸς, οῦ, (ὁ), *plauſus*, *Pæanis modulatio*.

Παιδοτριβέω, *inſtituo pueros*, *erudio*.

Παιδοτρίβης, ου, [ὁ], *præceptor puerorum*, *pædotriba*.

Παιδοτριβεῖον, ου, (τὸ), locus in quo pueri exercentur.

Παιπαλόεις, εντος, [ὁ], *aſper*, *præruptus*. Iliad. μ. v. 168.

Πἄλαιγενὴς, έος, (ὁ καὶ ἡ), *annoſus*, *ſenex*. Iliad. γ. v. 386.

Πἄλαιμάτωρ, ορος, (ἡ), *antiqua mater*, *priſca parens*, Eurip.

Πἄλαίμων, ονος, [ὁ], *Palæmon*, Deus marinus, filius Leucotheæ, *Portumnus* a Latinis, quod portubus præeſſet, appellatus.

Πἄλαίφατος, ου, (ὁ), *diu prædictus*, *antiquus*, in Epigr. & Odyſſ. ν. παλαίφατα θέσφατα, *antiqua oracula*.

Πἄλάμη, ης, [ἡ], *palma manus*, & *manus ipſa*. Iliad. ε. v. 237.

Παλαιστίνη, ης, (ἡ), *Paleſtina*, pars Syriæ.

Παλαιστρίτης, ου, [ὁ], *palæſtrita*, *ſodalis*, vel *magiſter palæſtræ*, aut *qui dat operam palæſtræ*. Hinc Perſius Satyr. 4.

Quis

Quinque palæſtritæ licet hæc plantaria vellant.

Πἄλάσσω, *inquino, fœdo, turbo*. Iliad. β. v. 268.

Πἄλῖκηνὸς, ȣ̃, (ὁ), *Palicenus*, juxta Stephanum, fons eſt in Sicilia, ita dictus, quod prope Palicos fratres ſit. In eum mittitur tabella a juratis: quæ, ſi verum dixere, fluitat; ſi falſum, mergitur. Hujuſce rei non abſimile exemplum legitur apud Achillem Tatium lib. 8. *amorum* Clitoph. & Leucip.

Πἄλῖκοι, (οἱ), *Palici*, Gemini fratres, Iovis filii, & Thaliæ Nymphæ, ſive (ut alii volunt) Ætnæ. Virgilius 9. Æneidos:

. . . *pinguis ubi & placabilis ara Palici*. De aqua vero Palicorum videſis Ariſtot. de mirabilibus, Diodor. Siculum lib. XI. nec non Cl. Mazoch. tom. 2. Spicileg. Bibl. pag. 93.

Πἄλιμψῦχος, ȣ (ὁ), *redivivus*.

Πἄλιν, *iterum, retro, viciſſim*. Iliad. ι. v. 56.

Πἄλῖνάγρετος, ȣ, (ὁ), *rurſus congregatus, revocatus*. Iliad. α. v. 525.

Πἄλῖναυξὴς, έος, (ὁ ϗ ἡ), *recreſcens*, ut παλιναυξὴς τιμὴ, *recreſcens honor*, Nonn.

Πἄλινδῖνητος, ȣ, [ὁ], *revolutus, recurrens, reciprocus*, apud Nonn. & in Epigr. παλινδίνητος θάλασσα, *mare reciprocum*.

Πἄλῖνορσος, ȣ, [ὁ], *reflexus, reciprocus, retrogradus*. Iliad. θ. v. 266.

Πἄλῖνόςῖμος, ȣ, [ὁ], *iterum rediturus*, Nonn.

Πἄλῖνοςος, ȣ, [ὁ], *reciprocus, revertens*: hinc παλίνοςος πόρεια, *reciproca via*, & παλινόςοισι κυπέλλοις, *reciprocantibus poculis*, apud eumdem Nonn.

Πἄλῦνω, *miſceo, humecto, aſpergo*. Iliad. κ. v. 7.

. . . ὅτε πέρ τε χιὼν ἐπάλυνεν ἀρȣ́ρας.

. . . *quando nix alba reddit arva*. Et Apoll. Arg. γ. v. 69.

. . . νιφετῷ δ' ἐπαλύνετο πάντα.

. . . *nive operiebantur omnia*.

Παμφᾶγος, ȣ, [ὁ], *omnivorus*, Plin. *vorax*: epitheton ignis. Item nomen canis apud Ovid. Alcman quoque poeta ſibi hoc nominis tribuit. Sunt & *Pamphagi* gens, qui omnibus veſcuntur rebus, ex re nomen habentes, quorum meminit Solinus. Euripidi autem in Medea, eſt πῦρ παμφάγον, *omnia devorans*.

Παμ-

Παμφῦλος, & παμφύλιος, *Pamphylius, qui eſt ex Pamphylia*. Dionyſ. Perieg. v. 850.

Παμφύλων καὶ μέχρι . .

Ad Pamphylios etiam uſque . .

Πάμφυλον ἔθνος, *permiſta gens*, Ariſtoph.

Παμψύχος, ου, [ὁ], Amphiarai epitheton, ſive quod omnibus apud inferos animabus imperet; ſive quod vitam ſuam totam, & ſemper ſervet, hoc eſt, immortalis ſit. Vide interpr. Sophocl. in Electra.

Πὰν, ἀνὸς, (ὁ), *Pan*, Hom. ὕμν. εἰς Πᾶνα v. 48.

Πᾶνα δέ μιν καλέεσκον . .

Pana illum vocarunt . . Eſt Deus paſtorum libidinoſus: *Incubus* Latine dictus. Item Pan vir philoſophus, qui cauſſam Echus primus indagavit: unde & locus fabulæ datus, quod Echo deam adamarit, ut ſcribit Alex. Aphr. lib. 1. Prob.

Πάναγρον, ου, [τὸ], epith. retis, quod omnia trahat. Iliad. ε. v. 488.

Πανάεργὴς, έος, (ὁ καὶ ἡ), *inefficax, incoctus*, Nicand.

Πανάθεσμος, ου, [ὁ], *omnino injuſtus*, Oppian.

Πανάθλιος, ου, (ὁ), *impendio miſer*, Sophocl.

Πάναιθος, ου, [ὁ], *totus lucidus*. Iliad. ξ. v. 372.

Πανάιολος, ου, (ὁ), *ornatu vario inſignitus*. Iliad. δ. v. 186.

Πανναιπόλος, ου, [ὁ], epith. Panos, *quaſi ſemper omnia vertens*, in Epigr.

Πανακίτης οἶνος, *panacites vinum*, id eſt, *ex panace herba confectum*: Dioſc. lib. 5.

Πάνακρὶς, ίδος, (ἡ), epith. apis apud Callimachum, eo quod omnia florum faſtigia pervolitat.

Πανάπήμων, ονος, (ὁ καὶ ἡ), *innocens, innoxius omnino*. Heſiod.

Πανάπήρης, εος, [ὁ καὶ ἡ], *illæſus, integer*, Callimach.

Πανάποτμος, ου, (ὁ), *valde infelix*. Iliad. ω. v. 255.

Πανάριστος, ου, [ὁ], *optimus, quam optimus*, Heſiod.

Παναρκὴς, έος, [ὁ καὶ ἡ], *magnus, potens*, epith. Solis.

Πανάφηλιξ, ικος, (ὁ καὶ ἡ), *puer orbatus conſortio æqualium*. Iliad. χ. v. 490.

Πανάωριος, ου, [ὁ], *intempeſtivus*, vel *immaturo fato periturus*. Iliad. ω. v. 540.

Πανδιονὶς, ίδος, *Pandionis filia*, h. e. *Progne*. Heſiod.

. . Πανδιονὶς ὦρτο χελιδών.

. . *Pandionis concitatur hirundo*; in quam conver-

ſa fertur; de qua vide Ovid. lib. Metamorph.

Πανδίων, ονος, *Pandion*, filius Erichtei Regis Athenarum, qui patri ſucceſſit in regno. Ejus filiæ fuerunt Progne, & Philomela. Iliad. μ. v. 371.

Τοῖς δ' ἅμα Πανδίων Τεύκρε φέρε καμπύλα τόξα.

Una cum iſtis Pandion Teucri ferebat curvos arcus.

Πάνεμος, menſis Heraclienſium, & Macedonum, quique *Julio* reſpondet. Suidas: Πάνεμος· ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν, ὁ Ἰέλιος παρὰ Ῥωμαίοις: *Panemus, apud Macedones nomen menſis, qui Romanis Julius, ſive Quinctilis eſt.* Vide Cl. Mazoch. in Tabul. Heracl. pag. 208.

Πανήγυρις, εως, [ἡ], *nundinæ, ludi publici, conventus, celebritas.*, Cic. *mercatum* interpretatur Tuſcul. lib. 1. *Pythagoram autem reſpondiſſe, ſimilem ſibi videri vitam hominum, ac mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu, totius Græciæ celebritate.*

Πανθυμαδὸν, *toto animo*. Odyſſ. σ. v. 33.

Οὐδε ἐπὶ ξεςῦ πανθυμαδὸν ὀκριόωντο.

Pavimento in polito toto animo litigabant.

Πανία, apud Athen. idem atque ἡ πλησμονὴ, *ſatietas, copia*. Hinc πανὸς. ἄρτος. Ex quo diſcere eſt Romanis *panem* vocari ex eo, quod Dores dicunt πανὸν. Libro enim III. inquit: Μεσσάπιοι τὴν πλησμονὴν πανίαν, Ῥωμαῖοι δὲ πᾶνα, τὸν ἄρτον καλᾶσι: *Meſſapii ſatietatem πανίαν, Romani autem πᾶνα, τὸν ἄρτον appellant*. Alii a verbo πάω, *paſco*, deducunt. De hac re vide omnino Cl. Mazoch. tom. 2. Spicileg. Bibl. pag. 48. & 49. num. 23.

Πανιὰς, αδος, *panicus*. Nonn. ι. v. 13.

Πανιάδας χρονίης ἐπεβόμβεε δῦπος ἱμάσθλης.

Panici Saturnii inſonuit bombus flagelli.

Πανϊκὸν, ῦ, [τὸ], quidquid cum ſtupore contingit: a Pane deo, qui tales terrores ſubito animis immittere credebatur. Politian. Miſcellan. cap. 28. & Eraſm. proverbio: *Panicus caſus*.

Πανϊκὸς, ῦ, [ὁ], Orph. hymn. in Pana.

Πανικὸς φόβος, *Panicus terror*, Livius lib. 10. *lymphaticum* appellat: *Victorem equitatum velut lymphaticus pavor diſſipat*.

Πανίλαος, ε, (ὁ), *admodum propitius & clemens*. Item *valde hilaris* apud Nonn. Corripitur penult. Oppian. κυνηγ. δ. v. 45.

Πἀνίλαρος, ου, (ὁ), *omnino hilaris & lætus*. Nonn. πανίλαρον ὄμμα, *lætiſſimus oculus*.

Πανίμερος, ου, (ὁ), *gratiſſimus*, in Epigr.

Πανίσκος, ου, [ὁ], diminutivum ἀπὸ τοῦ πανὸς, aſſecla Panis, quem Virgilius Arcadiæ Deum vocat.

Πανομφαῖος, (ου), *Panomphæus*, epith. Iovis, vel quod omni lingua colatur; vel quod omnium voces audiat. Iliad. θ. v. 250. & Ovid. Metamorph.

Ara Panomphæo vetus eſt ſacrata Tonanti.

Παντομίμος, ου, (ὁ), *Pantomimus*, hiſtrionis genus ita dictum ab imitationis varietate, ut tradit Lucianus; & ut *mimi*, ita *pantomimi* etiam de poemate ejus generis dicuntur. Dictus vero παντομίμος, quaſi perſonam omnem imitaretur, atque effingeret.

Πάπυρος, ου, [ὁ καὶ ἡ], *papyrus*, & *papyrum*. Anacr. ode δ.

Ὁ δ' ἔρως χιτῶνα δήσας
Ὑπὲρ αὐχένος παπύρῳ.
Amor itaque tunicam ligans
Super cervice papyro.

Παὸς, οῦ, (ὁ), *affinis*, *cognatus*, *amicus*. Nicand. in Theriac.

. . πολέων κυδίστατε παῶν.
. . *multorum præſtantiſſime affinium*. Ubi Interpr. παῶν Dorice ἀντὶ τοῦ πηῶν.

Παραγίνομαι, *accedo*, *faveo*, *obvenio*. Phocyl. v. 139.

Παραγινώσκω, *perperam judico*.

Παραδύνω, *ingredior*, *obrepo*, *ſubeo*.

Παραθαῤῥύνω, *adhortor*, *bene ſperare jubeo*.

Παραΐσσω, *impetuoſe perrumpo*. Nonn. ς. v. 342.

Οἱ δὲ παραΐξας . .
Hic impetuoſe perrumpens . . Et Iliad. ε. v. 690.

Παρακινέω, *permuto*, *transfero*.

Παρακλαυσίθυρον, ου, (τὸ), flebile carmen, quod amaſii ad amaſiarum fores cantabant.

Παρακλιδὸν, *diſſimulanter*. Iliad. δ.

Παρακλίνω, *averto*, *inclino*. Apoll. lib. 2. Argon.

Κρᾶτα παρακλίνας . . *Caput inclinans*.

Παραμυθέομαι, *conſolor*, *delinio*. Iliad. ι. v. 417.

Παραμυθητὴς, οῦ, (ὁ), *conſolator*, Cic.

Παραμύθιον, ου, (τὸ), *ſolatium*, *levamen*. Theocr. Idyll. κγ. v. 7.

Οὐδέ τι τῶν πυρσῶν παραμύθιον . .

Digitized by Google

Neque ullum flammarum ſolatium

Παρᾱρητὸς, (ᾱ), is, *cui ſupplicatur*. Th. ἀράομαι: diſtinguitur a παραῤῥητὸς per ῥῥ duplex, quo ſignificatur *exorabilis, qui verbis flecti poteſt*, cujus Th. eſt παρὰ, & ῥητὸς. Suid.

Παρᾱρος, [ȣ], *inutilis, vanus, demens*. Theocr. Idyll. ι. v. 8.

Ταῦθ' ὁ πάραρος τῆνος ἐπ' ἔσχατα γῆς ἔλαβ' ἐλθών.
In hanc extremam terræ partem ille demens veniens cepit.

Παραξύω, *adrado*, in Epigr.

Παρασιτέω, *cibum apud aliquem ſumo*. Vide Plutarch. in Solone. Significat item, *ſum paraſitus & aſſentator, ſector & adulor ventris cauſſa*. Latini quoque *paraſitari* dicunt. Plautus:

Quin paraſitando paverint ventres ſuos.

Παράσιτος, ȣ, [ὁ κ᾽ ἡ], *qui cibum apud aliquem ſumit*. Paraſiti quoque dicebantur, qui una cum ſacerdote partem victimæ in cibum capiebant, ut Athenæus teſtatur. Poſtea vero παράσιτοι dici cœperunt οἱ κόλακες, h. e. *aſſentatores, ſeu adulatores*, qui ut apud ditiores cœnarent, eis aſſentabantur, a Latinis quoque dicti *paraſiti*, quos egregie deſcripſit Terentius in Eunucho.

Παρασύρομαι, *diſtrahor, avellor*.

Παρατρίβω, *attero, affrico*.

Παρατρίβομαι, *atteror*. Theogn. v. 417.

Ἐς βάσανον δ' ἐλθὼν παρατρίβομαι, ὥστε μόλιβδος.
Ad probationem profectus atteror, tamquam plumbo.

Παρευθύνω, *a recta via depello*.

Πᾰρηορία, ας, (ἡ), *lorum, quo equus funalis vinciebatur*. Iliad. θ. v. 87.

Πᾰρήορος, ȣ, [ὁ], *equus funalis*, ſeu tertius equus præter duos jugales. Nam in trigis Heroicorum temporum ab Homero deſcriptis, duobus equis bigarum more junctis adjungebatur tertius funalis, adnexus loramentis, quem ab ea re παρήορον priſci vocabant; ab eo ſcilicet quod appenſus atque adjunctus eſſet. Dionyſ. Halic. lib. 8. Homer. Iliad. η. v. 156.

Παρνᾱσὸς, ȣ, (ὁ), *Parnaſus*, mons in Delphis. Unde παρνάσιος κορυφὴ, Eurip. παρνασία πέτρα, Ariſtoph.

Παροδίτης, ȣ, [ὁ], *viator*, lib. 3. Epigr.

Παροδῖτις, ιος, [ἡ], ut παροδῖτις ἀηδὼν, lib. 1. Epigr. *Luſcinia, quæ ſecus viam eſt, aut in via.*

Πα-

Παρόραμα, τος, (τὸ), *obliquus aſpectus*, ut ſtrabonum.
Παροτρύνω, *exſtimulo*, *adhortor*.
Παρθενοπίπης, ου, (ὁ), *callidus formarum ſpectator*. Iliad. λ. v. 386.

Τοξότα, λωβητὴρ, κέρα ἀγλαὲ, παρθενοπῖπα.

Sagittarie, *conviciator*, *cornu clare*, *puellarum obſervator*. Videſis, quæ in hanc vocem mira eruditione juxta atque ἀληθῶς commentatus eſt Cl. Dux Michael Vargas Macciucca tom. I. Hiſt. Neapolit. pag. 154. & ſeqq.

Πασιθέη, *Paſithea*, una ex tribus Gratiis. Iliad. ξ. v. 269.
Πασιθόη, nomen eſt Nymphæ marinæ, Nerei, & Doridis filiæ, ut inquit Heſiodus in Theogonia.
Πασιμέλουσα, epitheton, quo Argo navis ornatur ab Homero Odyſſ. μ. ut quæ omnibus Heroibus curæ fuerit; vel omnibus poetis, & hiſtoricis, teſte Euſtathio.
Πασιτέλης, εος [ὁ], *Paſiteles*, ſculptor egregius in Græcia natus, & civitate Romana donatus. Plaſticen matrem ſtatuariæ, ſculpturæque, & cælaturæ eſſe dixit. Plin. lib. 35. cap. 12.
Πασιφάη, *Paſiphäe*, fuit filia Solis, & uxor Minois regis Cretæ, quam in fabulis ferunt genuiſſe Minotaurum. Propert. lib. 2. eleg. 29.
Πασιφαής, έος, (ὁ καὶ ἡ), *omnibus apparens*. Nonn.
Πασσάλος, ου, (ὁ), *paxillus*, *clavus ligneus*. Iliad. α. v. 209.
Σισυφὶς αἶα, vel Σισυφὶη γαῖα, ideſt, ubi Siſyphus regnavit, regio Corinthia.

Σῖτος, ῦ, [ὁ], *frumentum*: σῖτον vero *panis*, & *cibus* in genere: nam Grammatici docent, σῖτον pro *frumento* maſculinum eſſe, pro *cibo*, neutrum. Iliad. ε. v. 341.

Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον.

Non enim panem edunt, neque bibunt nigrum vinum.

Σι

Σίτος, ου, (ὁ); annua penſitatio ad alimentum viduarum & pupillorum, quæ dabatur a curatoribus bonorum, vel a viris uxoribus repudiatis: unde σίτου δίκη appellabatur *rei uxoriæ actio*. Demoſth.

Σιτοφάγος, ου, [ὁ], *qui frugibus veſcitur*. Odyſſ. ι. v. 191.

οὐδὲ ἐῴκει
Ἀνδρί γε σιτοφάγῳ.
Neque ſimilis homini, qui frugibus veſcitur.

Σίταρχος, ου, [ὁ], *commeatui præfectus*.

Σιτέομαι, *edo*, *paſcor*. Theocr. Idyll. θ. v. 26.

Σιτεύω, *ſagino*.

Σιτευταὶ, [οἱ], *fartores* Varroni.

Σιτηρέσιον, ου, (τὸ), *frumenti diſtributio*, *frumentatio* Svetoni: item annona civilis, teſſera frumentaria.

Σιτηρὸν ἀγγεῖον, *caniſtrum panarium*.

Σιτίζω, *nutrio*, *alo*. Theocr. Idyll. δ. v. 16.

Σιτοβόλον, ου, [τὸ], *granarium*, *borreum*.

Σιτοβολεῖον, ου, [τὸ], apud Menandrum illud ipſum eſt, quod Græci Sicilienſes, imo & Italienſes, præcipue Tarentini, & horum coloni Heracleenſes ῥογὸν appellarunt, *borreum* ſcilicet *frumentarium*. Vide Cl. Mazoch. in Tabul. Heracleenſ. pag. 209.

Σιταγέρτης, ου, [ὁ], vox in re frumentaria prorſus nova, quæque nonniſi Tabulis Heracleenſibus accepto eſt referenda. Reſpondet autem Σιτολόγοις, & Σιτώναις, nimirum *frumenti Curatoribus*, & *Frumentatoribus*. Mazoch. loc. cit.

Σιτοδοτεῖν, *frumentum dare*, *largiri*.

Σιτοδότης, ου, (ὁ), *frumenti largitor*, Menand.

Σιτοδόχος, ου, [ὁ], *frumentum capiens*, Budæus.

Σιτολογῶ, *frumentor*.

Σιτολόγοι, [οἱ], magiſtratus, qui exigunt annonam, & frumentum cogunt.

Σιτομέτραι, [οἱ], qui erogandæ annonæ publicæ munus habent, quique frumentum metiuntur. *Menſores frumenti* vocantur in Pandect.

Σιτομέτριον, vel σιτόμετρον, ου, [τὸ], *demenſum*, quaſi *frumenti menſura*. Erat autem σῖτον id appellatum, quod ſingulis menſibus ſervi a dominis accipiebant, quaternos ſcilicet modios frumenti.

Σιτονόμος, ου, [ὁ], *cibum præbens*, Sophocl.

Σιτοποιὸς, οῦ, [ὁ], *piſtor*, ſive *coquus*: nam antiquitus hujus nominis ambitu, non modo panificium; verum

etiam

etiam univerſum coquinæ miniſterium continebatur. Quidquid in menſam inferebatur, id fere totum partim panificii, partim coquinæ arte parabatur. Totum autem hoc ab Etruſcis, qui id ex Oriente imbiberunt, ſcilicet panificium rituale; atque etiam tota ars condimentaria, primum in Latium, ac deinde in totam, quam ipſi pervaſere, Italiam manavit. Hinc Feſtus: *Coquum, & piſtorem apud antiquos eumdem fuiſſe accipimus*. Atque hinc patet, haud mirabile videri, ſi quem Moſes *Opheh* h. e. *coquum* dixit, eum Interpretes alii *piſtorem* vocarint: ſomnium enim Ioſephi *in re piſtoria* verſabatur. Cl. Mazoch. tom. 1. Spicilegii Biblici pag. 131.

Σιτοφόρον, ου [τὸ], *caniſtrum panarium*.

Σιτοφόρος, ου, (ὁ), *frumentum ſubvectans*. Item σιτοφόρος γῆ, *ager frumentarius*.

Σιτοφυλακεῖον, ου, (τὸ), *cumera frumenti*, Horat.

Σιτοφύλακες, [οἱ], Athenis erant, qui frumento afferendo præerant; item ut juſto pretio venderetur, curam gerebant. Quod ipſum fiebat in farina & pane. Erant autem XX. ex quibus XV. in ipſa Civitate V. in Pyræo.

Σιτόχροος, ου, (ὁ), *flavus*, qualis eſt color frumenti. Opp. Κυνηγ. α. v. 434. loquens de coloribus canum:

Ἢ ὁππόσοι δίμορφοι παναίολον εἶδος ἔχουσι
Σιτόχροοι

Aut qui frumenti geminum colorem habent
Flavi

Σιτών, ῶνος, [ὁ], *ager frumentarius*.

Σιτωνέω, *frumentum emo*.

Σιτώνη, ης, (ἡ), *res frumentaria*.

Σιτώνης, ου, (ὁ), *mercator frumentarius*, *frumentator publicus*.

Σιτωνία, ας, [ἡ], *curatio commeatus atque annonæ*, *frumentationis munus*.

Σίφων, ωνος, [ὁ], *ſiphon*, tubus & canalis, ut in ſalientibus, quo in preſſionibus protrudente ſpiritu humor emittitur. Latini *ſiphonem* dicunt, & *ſiphunculum*. Hinc Iuvenal. Sat. 6.

Effigiemque Deæ longis ſiphonibus implent.

Σίφων, tranſlate ſumitur de Typhone & vortice. Item inſtrumentum quo utuntur in deplendis doliis cum vinum diffunditur, quod Latini *detrullare* dicunt. Tandem lib. 7. epigr. ſumitur pro *culice*, ſive pro *verme* ſimili formicæ.

Digitized by Google

Σκαμμωνίτης οἶνος, vinum ex ſcammonia confectum, Dioſc. lib. 5. cap. 75.

Σκύθων, ωνος, nomen propr. viri, quem poetæ fabulantur pro ſuo arbitrio modo in fem nam ſeſe commutaſſe; modo rurſus in virilem formam rediiſſe. Ovid. lib. 4. Metamorph.

Quid loquar, ut quondam naturæ jure novato,
Ambiguus fuerit, modo vir, modo femina Scython.

Σκίπων, ωνος, (ὁ), idem quod σκίμπων, *baculus*: unde σκιπαῖος, *qui baculo innititur*. Callimachus:

Εἶπεν, ὁ δὲ σκίπωνα, γεροντικὸν ὅπλον, ἀείρας.
Dixit, & hic baculum, arma ſenilia, tollens.

Σκιρῖται, [οἱ], Sciritæ apud Lacedæmones, excubitores erant, qui obſervabant, ne quis noctu extra phalangem progrederetur. Præterea Sciritæ primi inibant pugnam. Philelph. in lib. de Rep. Lacedæmon.

Σκιρὸς, ȣ, (ὁ), Latinis eſt *cæmentum*, *marmoris fragmentum*, ſive *fruſtulum*, quod dum marmor ſcalpitur, excidit: ea fragmenta *aſſulas* vocat Vitruvius lib. 7. cap. 6. Inde Σκιρὸς pro ſcrupo ſumitur. Scruporum autem luſus, qui in *latruncularia tabella*, ut loquitur Seneca, exercetur, ſive in abaco latrunculorum, vocatur a Polluce Σκιραφία, luſorque σκιραφευτὴς. Hinc σκιράφιον, ſive σκιραφεῖον, *aleatorium* dixit Sidonius: & Svetonius, *forum aleatorium*, ut ludum.

Σκίρων, ωνος, [ὁ], *Sciron*, latro fuit, cujus oſſa cum in mare cecidiſſent, in ſcopulos converſa feruntur, quæ adhuc *Scironia ſaxa* vocantur. Ovid. 7. Metamorph.

Tutus ad Alcathoen Lelegeia mœnia limes
Compoſito Scirone patet . . .

Σκληρύνομαι, *indureſco*.

Σκληρύνω, *obduro, induro*.

Σκοτοδινιάω, *caligo, halucinor, vertiginem patior*.

Σκοτόδινος, ȣ, [ὁ], *tenebricoſa vertigo*.

Σκυβελίτης οἶνος, idem quod πρόχυμα, *vinum ſponte defluens, antequam premantur uvæ*.

Σκυλεύω, *ſpolio, prædor*.

Σκυλεύματα, [τὰ], *ſpolia*, Eurip. in Phœniſſis.

Σκυλοδέψης, ȣ, (ὁ), *coriarius*.

Σκῦλον, ȣ, (τὸ), *ſpolium, pannus lacer, pellis, exuviæ, mortuorum manubiæ, prædave ac ſpolia*; ſicut λάφυρα vivorum.

Σκυλοφόρος, ȣ, [ὁ], qui ſpolia, ſeu exuvias fert, qui ampla ſpolia refert. Poteſt etiam ſignificare eum, qui geſtat ſpolium feræ alicujus, ut leonis, urſi præſertim, ſi ei interfecto detraxerit.

Σκύλος, εος, [τὸ], prima brevi in Epigr. pro σκῦλον, & apud Nicand. in Alexiph.

Σκῦρος, ȣ, (ἡ), *Scyrus*, Inſula eſt contra Magneſiam, in mari Ægæo, una ex Cycladibus. Dicta autem eſt *Scyrus*, quia σκῦρος dicitur *ſalebra & aſperitas*, ut ait Euſtath. Dionyſ. Perieg. v. 521.

Σκυριάδες, (αἱ), *Scyriades*, mulieres ex Scyro inſula. Statius lib. 2. Achill.

Nec minus egreſſæ thalamis Scyriades ibant
Oſtentare choros :

Σκυτάλη, ης, [ἡ], ut σκυτάλη λακωνική, genus erat furtivarum litterarum, quibus utebantur Lacones. Rationem & modum pulcre deſcribit Gellius lib. 17. cap. 9.

Σκυτοτόμος, ȣ, [ὁ], *coriarius*. Iliad. η. v. 221.

: κυτοτόμων ὄχ' ἄριστος .
Coriariorum longe præſtantiſſimus . . . Et Nonn. ιγ. v. 67.

Σκυτοτόμȣ Τυχίοιο πανυκνήμιδα τιθήνην.
Coriarii Tychii extenſa tibialia habentem nutricem.

Σκυτεὺς, έος, (ὁ), *coriarius*, *cerdo*, *ſutor*.

Σκυτεύω, *ſum cerdo*, *artem coriariam exerceo*.

Σκῦτος, εος, (τὸ), *corium*, *pellis*. Et, ut inquit Petronius, omnis cutis eſt, quæ inter tendones colli patet. Quidam vero dicunt *occiput*, ſive *nervum cervicis*, alii *capitis cutem*, unde & *caput* quoque ſignificat, Etym.

Σκυτοφάγος, ȣ, [ὁ], *qui coriis veſcitur* apud Poll. lib. 6. cap. 7.

Σμασάμενος, ȣ, [ὁ], *tergens*. Th. σμάω. Callimachus:

Οἴσετε κ' κτένα οἱ παγχρύσεον, ὡς ἀπὸ χαίταν
Πέξηται, λιπαρὸν σμασάμενα πλόκαμον.
Afferetis & pectinem totum aureum ut comam
Pectat, nitidum tergens capillum.

Σμῖλαξ, ακος, (ἡ), *taxus*, arbor feralis & venenata: folio eſt abietis: ligno parantur arcus. Nicander illam vocat σμῖλον.

Σμιλεύματα, [τὰ], *ramenta*, ſive *raſuræ*, *quiſquiliæ*, quæ ex corio ſcalpro coriarii exciſa excidunt. Quæ reciſione excidunt, *reciſamenta* dicit Plinius.

Σμίλη, ης, [ἡ], *cælum*, *ſcalpellum*, *culter ſutorius*, *ſcalper exciſorius coriariorum*, *ſcalprum* : Polluci *medicum ferrum* : item ſumitur pro cultello, quo pennæ ſcriptoriæ parantur, in Epigr.

Σμίλιον, ου, [τὸ], *ſcalpellum*.

Σμίνθιον, ου, [τὸ], delubrum Apollinis circa Chryſam in confinio Troadis, & Æolidis, Strabo lib. 13. Smyrn. η. v. 401.

Χρῦσά τε, καὶ Σμίνθιον ἕδος, καὶ Σιγιὰς ἄκρα.

Chryſaque, & *Sminthium delubrum*, & *Sigeum Promont.*

Σμῖνον, ου, [τὸ], *ligo*, aut *aſcia*. Nic. in Theriac.

Σμινύδιον, ου, (τὸ), *dolabella*. Ariſtoph.

Σμῦλαξ, κος, (ἡ), *ſmylax*, arbor quæ & taxus dicitur.

Σμύραινα, *murænа piſcis*. Ariſtot. lib. 2. anim.

Σμύρις, *ſmyris*, lapis quo gemmas annularii exterunt. Dioſc. lib. 5. cap. 166. Utuntur & vitriarii ad vitrum frangendum.

Σμυρίτης λίθος, *ſmyrites lapis*.

Σορίτης, ου, (ὁ), *ſorites*, ſyllogiſmi ſpecies, quaſi *acervalis*. Scribitur & σωρείτης.

Σμύχω, *cremo*, *comburo*. Iliad. χ. v. 411.

Ἴλιος ὀφρυόεσσα πυρὶ σμύχοιτο κατ' ἄκρης.

Ilios excelſa igni crem aretur a culmine. Et Apollon. Argon. lib. γ. v. 761.

Συρρεντῖνος οἶνος, *Surrentinum vinum*. Dioſc. lib. 5. cap. 13.

Σοφία, & σοφίη, ης, (ἡ), *ſapientia*. Penultima hujus vocis (licet naturâ brevis) famigerata Poetarum licentia producitur. Hinc Theocritus, ſive quis alius auctor, in Syringe:

σύριγξ ὄνομ' ἔχεις· ἄδει δέ σε μέτρα σοφίης.

Syrinx nomen habes: canunt vero te metra Sophiæ. Et Homer. Odyſſ. ψ.

Ὡς κακοεργίης εὐεργεσίη μέγ' ἀμείνων.

Ut beneficium melius eſt maleficio. Hic vero illud obſervandum eſt, non eſſe omnino reprehendendos, qui Latino in carmine idem ſibi permittunt, dum ſyllabam brevem inter duas longas ſitam producunt, ut fit in nomine *Andreas*, *Matthias*, & his ſimilibus, maxime propriis.

Σπάδιξ, ικος, [ἡ], genus muſici inſtrumenti. Item *puniceus color*: Gellius lib. 2. cap. 26. Et *rutilus* & *ſpadix*, *phœnicei* ſynonyma: qui factus Græce noſter eſt, exuberantiam, ſplendoremque ſignificat ruboris: quales ſunt

fru-

fructus palmæ arboris non admodum ſole incocti. Virgil. III. Georg. 21. de equorum coloribus:

Spadices, glaucique, color deterrimus albis.

Σπάθις, ἴδος, (ἡ), tudicula, qua Athletæ in gymnaſio ex lecytho oleum corpori ſolebant inungere cum inungebantur. Euthemius apud Poll.

Σπαθίτης, ȣ, [ὁ], ut *σπαθίτης οἶνος*, vinum ex palmulis, quæ & *dactyli*, & *caryotæ* dicuntur: *vinum palmeum*, quod capiti noxium ſcribit Plin. lib. 24. cap. 17. Nam palma Græcis καὶ φοῖνιξ, καὶ σπάθη dicitur Galen. auctore.

Σπιλὰς, άδος, (ἡ), *ſaxum concavum in aqua*, aut *circa mare*, *petra*. Hom. Odyſſ. γ.

Σπιλόω, *maculo*, *contamino*.

Σπῖλον, ȣ, (τὸ), *macula*.

Σπιλόομαι, *ſordeſco*, *maculor*, *inquinor*.

Σπῖλος, ȣ, (ὁ), *labes*, *nota*, *inquinamentum* Gell. *macula veſtis e vino*, *aut unguine*. Item *nævus*, *macula faciei*: tandem *pumex*, *ſcopulus*.

Σπίλωμα, τος, (ὁ), *macula*, *labes*, *nævus*: proprie notæ in veſtibus diſcolores. Item *locus ſalebroſus*, *ſaxum aſperum*.

Σπῖνος, ȣ, [ὁ], paſſeris genus, Gaza lib. 3. Gramm.

Σπληνῖτις, ιδος, (ἡ), *lienis vena*, Ariſtot. lib. 3. Animal.

Σποδίτης, ȣ, (ὁ), ut *σποδίτης ἄρτος*, *panis ſubcinericius*, apud Athen. lib. 3. Th. *σποδὸς*, *cinis*.

Σταμῖνες, *tabulata navis*. Ariſtarch. dicit *recta ligna ſtaminis ſimilia*. Odyſſ. ε. *Statumina* vocat Cæſar. Alii *foros* expoſuerunt.

Στέμφυλον, & in Plurali τὰ ςέμφυλα, uvarum *vinacei*, ſive *vinacea*: reliquiæ, omniaque retrimenta, quæ ſuperſunt poſt expreſſas uvas: Columella *briſam*; veteres *floces* dixerunt teſte Gellio lib. 11. cap. 7. Item *fraces*, quæ vox & de uvarum reliquiis, retrimentiſque, & de olivarum ſimiliter effertur.

Στερνοτύπης, ȣ, (ὁ), *pectora tundens*, & *feriens*. Eurip. in Supplic.

Στεφανίτης, ȣ, (ὁ), *athleta coronatus*. Unde ςεφανίτης ἀγὼν, certamen cujus victoriæ præmium *corona* proponebatur. Atque ita dicti fuere omnes ludi, quorum *corona* præmium fuit. In Olympiis corona erat ex *oleaſtro*: in Pythiis *laurea*: in Nemeæis ex *apio*: in Iſthmiis ex *pinu*.

Στυ-

Στηλίτης, ου, [ὁ], *notatus infamia*. Item apud Demoſth. Orat. 1. in Ariſtogitonem, *ærarius factus*, *relatus in tabulas Cæritum*, & *relatus inter ærarios*. Th. στήλη, *columna*.

Στῖα, ας, [ἡ], *lapis*, *calculus*. Apoll. Arg. β. v. 1176.

. . ἧτ' ἐκτὸς ἀνηρεφέος πέλε νηῦ

Στιάων . .

Quæ extra excelſum erat templum lapillis.

Στῖάζω, *lapides jacio*.

Στῖβη, ης, (ἡ), *frigus*, *conſtrictio*: proprie *matutinus ros*, *pruina*. Odyſſ. ρ. v. 25.

. . μή με δαμάσσῃ

Στίβη ὑπηοίη . .

. . *ne me lædat*

Frigus matutinum . . Item *aranea*, & *color metallicus niger*.

Στῖβήεις, εντος, (ὁ), *frigidus*.

Στῖβιάω, *frigeſco*.

Στιχᾰδῖτης οἶνος, vinum, quod ex ſtichade conficitur. Dioſc. lib. 5.

Στῖχος, ου, (ὁ), *verſus*. Theocr. Idyll. κγ. v. 45.

Γράψον καὶ τόδε γράμμα, τό σοι στίχοισι χαράσσω.

Scribe & hanc inſcriptionem, *quam tibi verſibus exarabo*. Sed fere ſemper corripitur.

Στρεφοδῖνέω, *in gyrum flecto*, *circumago*. Smyrn. ιγ. v. 7.

Αμφὶ δ' ἄρ' ὀφθαλμοὶ στρεφεδίνεον . .

Oculi vertigine corripiuntur . . .

Στύμφᾱλος, ου, (ὁ καὶ ἡ), Arcadiæ civitas, & fons: licet στυμφαλὶς corripiatur.

Στῠπάζω, *ſtrepo*, *tono*, Heſych.

Στῠπος, εος, (ὁ), *tonitru*, *ſtipes*, *truncus*. Apoll. δ. Argon. & Nic. in Alexiph.

Στῡφω, *aſtringo*. Nicand. in Alexiph.

Σῠβᾰρῖτης, ου, (ὁ), *qui eſt ex Sybari*, *Sybarites*. Theocr. Idyll. ε. v. 1.

Αιγες ἐμαὶ τῆνον τὸν ποιμένα τὸν Συβαρίταν

Φεύγετε τὸν Λάκωνα . .

Capræ meæ illum paſtorem Sybaritam fugite.

Σῠβᾰρῑτικὸς, οῦ, [ὁ], *mollis*, *voluptuoſus*. Unde συβαριτικὴ τράπεζα, *menſa nimio apparatu inſtructa*; eo quod Sybaritæ, gens fuit in architectura voluptatum operoſiſſima, teſte Suida. Συ-

Συβαριτικοὶ λόγοι, *breves & compendioſæ fabulæ*, quo nomine Ovidius de Triſtib. ad Auguſt. vocat opus Hemitheonis cujusdam cinaedi, de generibus voluptatum, & obſcœnarum deliciarum.

Συβώσιον, ου, [τὸ], *paſcuum*, vel *grex porcorum*. Odyſſ. ξ. v. 101.

Τόσσα συῶν συβόσια, τόσ' αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν.

Tot ſuum paſcua, tot ſtabula lata caprarum. Licet alii ſcribant συβόσια.

Συγγίνομαι, *ſimul exſiſto*, *ſimul naſcor : colloquor*, *convenio*. Ariſtoph. νεφ.

Συγγινώσκομαι, &

Συγγινώσκω, *ignoſco*, *veniam tribuo*. Ariſtoph.

Συγκατακλίνω, *una recumbere*, ſeu *accumbere facio*.

Συγκατακλίνομαι, *una accumbo*, aut *diſcumbo*. Ariſtoph.

Συγκινδυνεύω, *ſimul periclitor*.

Συγκινέω, *ſimul moveo*, *concito*.

Συγκλίνω, *ſimul accumbere facio*. Et Neutr. *accumbo*.

Συγκλίνομαι, *in toro ſimul cubo*.

Συγκρίνω, *comparo*, *confero*, *judico*, *diſcerno*, in Epigr.
μή με τάφῳ σύγκρινε . . *ne me tumulo metiaris*.

Συγκυκάω, *commiſceo*. Ariſtoph. in Pluto.

Συγχρίω, *illino*, *ungo*, *perungo*.

Σῦκη, ης, (ἡ), *ficus*, vel *mariſca* : *vitium in capite*, *ſuperciliis*, *& podice præcipue*. Odyſſ. η. v. 116.

Συκαῖ τε γλυκεραὶ, καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι.

Ficuſque dulces, *& oleæ vireſcentes erant*.

Συκάζω, *ficus lego*. Ariſtoph. in Avib.

Σῦκας, άδος, (ἡ), *recens ficus*, *ficus prima* Horatio.

Συκαστὴς, οῦ, (ὁ), *ſycophanta*, *delator*, *quadruplator*.

Σύκινος, ου, (ὁ), *ficulnus*, vel *ficulneus*. Theocr. Idyll. ι. v. 45.

Σφίγγετ' ἀμαλλοδέται τὰ δράγματα, μὴ παριών τις
Εἴποι, σύκινοι ἄνδρες, ἀπώλετο χ' οὗτος ὁ μισθός.

Stringite meſſores manipulos, ne præteriens aliquis
Dicat, o ficulneos homines, atque hæc deperiit merces. Ad quod alluſit Horatius, ubi Priapum ita loquentem inducit:

Olim truncus eram ficulnus, *inutile lignum*. Item σύκινος eſt *acris*, a fumo ficulneo, qui oculis acerrimus accidit. Ariſtoph. in Veſpis.

Σῦκις, ίδος, (ἡ), *ficus*, & *ficetum*, locus ubi ficus creſcunt.

Συκίτης οἶνος, *ſycites vinum*. Dioſc. lib. 5. cap. 32.

Σικόβιος, ȣ, (ὁ), *ficis vivens*. Vocabantur Sycophantæ hoc nomine Athenis.

Συκολογεῖν, *ficus legere*, Ariſtoph.

Συκολόγος, ȣ, (ὁ), *quaſi ficus numerans*.

Συκόμορον, ȣ, (τὸ), *ſycomorus arbor*, & *fructus ejus*. Ficus autem eſt Ægyptia prædulcis, ſine granis. Apud Scriptores modo συκομορέα, & interdum συκομωρέα occurrit. Ex quo factum eſt, ut apud Latinos *Sycomori* penultima communis haberetur. Sed hac de re videſis Grammaticos.

Συκομορίτης οἶνος, *ſycomorites vinum*, quod conficitur ex ſycomoris, Dioſc. lib. 5. cap. 24.

Σῦκον, ȣ, (τὸ), *ficus*. Dicitur tamen de ficu, & arbore. Eſt tamen proprie σῦκον, *ficus matura*, ut ἰσχὰς, *areſacta*: φήληξ, *immatura*, & *ſylveſtris*: ὄλυνθος, *immatura quidem*, *ſed quæ cultura paratur*.

Συκοπείστης, ȣ, (ὁ), *ficuum ſector*, *avarus*, *ſordidus*. Vide apud Eraſm. Proverb. *Ficos dividere*.

Συκοφαντῶ, *calumnior*, *accuſo*, *illudo*.

Συκοφάντης, ȣ, (ὁ), *calumniator*, *ſycophanta*.

Συκοφορῶ, *ficus fero*, & *produco*, in Epigr.

Συκώδης, εος, [ὁ καὶ ἡ], *ſimilis ficui*, *ficoſus*.

Σύκωμα, τος, [τὸ], *ficoſum germen*. In palpebris dicitur, cum ficoſi tumores excreſcunt, Scholiaſt. Ariſtoph.

Συκὼν, ῶνος, [ὁ], *ficetum*.

Συκωρὸς, ȣ, (ὁ), *qui ficus ſervat*. Unde & verbum συκωρεῖν apud Poll.

Συλάω, *ſpolio*, & συλέω. Iliad. δ. v. 116.

Αὐτὰρ ὁ σύλα πῶμα φαρέτρης . .

Ille itaque detraxit operculum ſagittæ . . Et lib. ν. v. 641.

Ὣς εἰπὼν τὰ μὲν ἔντε' ἀπὸ χροὸς αἱματόεντα Συλήσας . .

Sic fatus, arma quidem a corpore ſanguinolenta detracta.

Συλεύω, *prædor*, *furor*, *ſpolio*, *lædo*. Iliad. ω. v. 436.

Τὸν μὲν ἐγὼ δέδοικα, καὶ αἰδέομαι περὶ κῆρι Συλεύειν . .

Sed eq ego timeo, & vereor ex animo fraudare.

Σύλη, &.

Σύλησις, εως, [ἡ], *compilatio*. Unde σύλησις ἱερῶν, *ſacrilegium*.

Συλητὴς, ȣ, (ὁ), *compilator*, *depeculator* Cic.
Συμμύω, *conniveo*.
Συμπολίτης, ȣ, (ὁ), *concivis*. *Civem meum* pro συμπολίτην ἐμὸν dicit Cicero.
Συμπιλέω, unde Latine *compilo*, *oppilo*, *coarcto*, *denſo*.
Συμπίνω, *combibo*, *ſimul bibo*.
Συμφρύγω, idem quod φρύγω, *torreo*.
Συμφυλέτης, ȣ, (ὁ), *gentilis*, *tribulis*.
Συμφῦλος, ȣ, [ὁ], *contribulis*, *gentilis*, *vernaculus*, *affinis*.
Συμφύομαι, *coaleſco*, *coeo*.
Συμφύρομαι, *commiſceor*.
Συμφιστάω, *una ſto*, ideſt, *conſto*.
Συμφύω, *conglutino*, *coagmento*.
Σύμψυχος, ȣ, [ὁ], *unanimis*.
Συναίγδην, *ſimul*, *uno impetu*. Heſiod.
Συναΐδιος, ȣ, [ὁ], *coæternus*, Heſych.
Συναΐσσω, *ſimul irruo*, Heſiod.
Συναλγύνω, *una dolore afficio*. Opp. Hal. α. v. 716.
. . *αὐτὰς δὲ συναλγύνουσι νομῆας*.
. . *ipſoſque una afficiunt dolore paſtores*.
Συναμῦνειν, idem quod βοηθεῖν, *auxiliari*, Euripid.
Συνανιᾶσθαι, *condolere*, *contriſtari*, Columell.
Συνάορος, ȣ, (ὁ καὶ ἡ), pro συνόαρος, metatheſi τȣ̃ α, *conjux*, *nupta*, *uxor*, Euripid. Th. ἄορες, *mulieres*.
Συναρτύω, *apparo*, *inſtruo*. Apoll. β. Arg.
. . *ἀσπίσι νῆα συναρτύσαντες ἔρεψαν*.
. . *navem ſcutis inſtruentes texerunt*.
Συνεχὲς, *frequenter*, *ſubinde*. Aratus v. 20.
Οὐρανῷ ἕλκονται πάντ' ἤματα συνεχὲς αἰεί.
Cælo volvuntur omnibus diebus continuo ſemper.
Συνεχέως, *idem*. Heſiod. in Theogon.
συνεχέως ἐμάχοντο . .
Continenter pugnabant . .
Συνδακρύω, *collacrymor*.
Συνεκπίνω, *ſimul ebibo*, Ariſtoph. in Pluto.
Συνεπευθύνω, *una dirigo*: Θεȣ̃ συνεπευθύνοντος, *Numinis inſtinctu*.
Συνέριθος, ȣ, [ὁ], *adminiſter*, *mercenarius*: proprie, *qui vel quæ* τὸ ἔριον h. e. *lanam* operatur. Odyſſ. ζ. v. 32.
Καί τοι ἐγὼ συνέριθος ἅμ' ἕψομαι . .
Et ego adjutrix ſimul ſequar . .
Συνηδύνω, *placeo*, *voluptatem affero*.

Συν-

Συνθλῖβομαι, *dilabor*, *pereo*.
Συνθλίβω, *comprimo*, *vexo*.
Συνθυμεῖν, *ſimul indignari*, *conſentire*. Suid.
Συνθύω, *ſimul ſacrifico*.
Σύνναος, ου, (ὁ), *qui in eodem templo colitur*. Hinc θεοὶ σύνναοι, & σύμβωμοι.
Συνόμιλος, ου, [ὁ], *congerro*.
Συνομιλῶ, *colloquor*.
Συνορίνω, *commoveo*, *concito*. Iliad. δ. v. 332.
Ἀλλὰ νέον συνορινόμεναι κίνυντο φάλαγγες.
Sed nuper concitatæ movebantur phalanges.
Συντρίβω, *contero*, *comminuo*.
Συριγγίμβολος, ου, (ὁ), & contracte, σύριμβολος, *canalis ſubterraneus*, per quem aqua intra caſtella obſeſſorum defertur: compoſita vox a dictionibus æquivalentibus, σύριγξ videlicet, & ἔμβολος, Euſtath. Iliad. η.
Συρίγγιον, ου, [ὁ], *parva fiſtula*: item *foramen rotæ*, *in quo axis volvitur*. Heſych.
Συριγγόω, *in fiſtulam excavo*.
Συριγμὸς, οῦ, (ὁ), *ſibilus*, *ſtridor*, *tinnitus*. Item *barritus elephantorum*.
Σύριγξ, γος, (ἡ), *fiſtula*. Iliad. κ. v. 13.
Αὐλῶν, συρίγγων τ' ἐνοπὴν, ὅμαδόν τ' ἀνθρώπων.
Tibiarum, *fiſtularumque ſonum*, *tumultumque hominum*.
Συρίζειν, ambigua vox eſt: nam & *fiſtula canere* ſignificat, & *Syriſſare*, ſive *Syrum agere*, h. e. *molliculum* eſſe. Συρίζειν etiam eſt idem cum συρίσσειν, *ſibilare*, *ſibilum edere*.
Συρικτὴς, οῦ, [ὁ], *fiſtulator*. Theocr. Idyll. ς. v. 28.
Συρίσδω, pro συρίζω, *fiſtula cano*. Theocr. Idyll. α. v. 3.
Σύριος, ου, [ὁ], *Syrius*, Stella eſt in canis poſitu.
Συρίτης λίθος, *Syrites lapis*, qui in lupi veſica naſcitur.
Σύρω, *traho*: item *evagino*, *ſtringo enſem*, in Epigr.
Συσσιτία, ας, (ἡ), *ſodalitas*, *convictus*.
Συσσιτεῖν, *in contubernio eſſe*, *convivere*, *una cibum capere*.
Συσσίτιον, ου, [τὸ], *locus convivii*, *ſodalitates*, *convivia publica*, quæ apud Lacedæmonios inſtituit Lycurgus, ut ſimul cœnatum convenientes cives ad communia & ordinata opſonia ac cibos, frugalitatem inter ſe amplecterentur. Plutarch.
Σύσσιτος, ου, [ὁ], *ſodalis*, *convictor*. Theogn. v. 309.
Ἐν μὲν συσσιτίοισιν ἀνὴρ πεπνυμένος ἔσθι.

Ἰατεῖ

Inter ſodales vir prudens eſto.

Συφορβὸς, ȣ, [ὁ], pro συοφορβὸς, *bubulcus*. Iliad. φ. v. 281.

Σφαιρίτης, ȣ, [ὁ], *rotundus* & *globoſus in modum ſphæræ*. Femin. σφαιρῖτις, ιδος, (ἡ).

Σφεδανὸς, ȣ, [ὁ], *terribilis, intenſus, vehemens:* quaſi σπευδανὸς a σπεύδω, ſecundum Euſtath. Iliad. λ. v. 165. unde σφεδανὸν adverbialiter ſumptum, *vehementer*, ut ibidem:

Ἀτρείδης δ' ἕπετο, σφεδανὸν Δαναοῖσι κελεύων.

Atrides autem inſequebatur, vehementer Danaos adhortans.

Σφονδύλιον, ȣ, (τὸ), *vertebra, ſpina dorſi*, ſeu unum ex viginti quatuor oſſibus, quibus tota ſpina conſtructa eſt. Iliad. υ. v. 483.

. . μυελὸς αὖτε

Σφονδυλίων ἔκπαλθ'. . .

Medulla vero vertebris exiliit . .

Σφραγίδιον, ȣ, (τὸ), *ſigillum*. Pollux. Item antrum Cithæronidum Nympharum, quæ ibi olim vaticinabantur, ut in fabulis.

Σφραγιδονυχαργοκομήτας, vocat Ariſtoph. in Nebul. homines voluptuarios, qui comam nutriunt, & ungues expoliunt, vel digitos ad ungues uſque annulis onerant.

Σφραγίζομαι, *ſigno, obſigno*.

Σφραγίζω, *idem*.

Σφραγὶς, ῖδος, (ἡ), *ſigillum, ſignum, annulus*, quo ſigilla imprimuntur: *ſignatorius annulus*, ſeu *gemma*: Latine *Pala* apud Ciceronem. Orph. hym. in Apoll.

Οὕνεκα παντὸς ἔχεις κόσμȣ σφραγῖδα τυπωτήν.

Quoniam Mundi habes ſignum impreſſorem.

Σφράγισμα, τος, [τὸ], *ſigillum impreſſum*.

Σφῦρα, ας, [ἡ], *malleus quo occantur glebæ*. Et malleus inſtrumentum fabrile. Odyſſ. γ. v. 434.

Ἄκμονά τε, σφύραν τ', εὐποίητόν τε πυράγρην.

Incudemque, malleumque, benefactumque forcipem. Et Apoll. Arg. β. v. 81.

Θείνȣσι σφύρῃσιν . . *pulſant malleis* . .

Σφύραινα, ης, (ἡ), *ſphyræna*, nomen piſcis. Opp. Hal. γ. v. 117.

Σφύραιναι δ', ὅτε κέν ποτ' ἐπιπλήξωσι λίνοισι.

Sphyrænæ, ſi quando in retia inciderint.

Σφυ-

Σφυρήλατος, ου, (ὁ καὶ ἡ), *fabricatus malleo*, *malleo ductus*, *ſolidus*. Theocr. κβ. v. 47.

Σαρκὶ σιδαρείη, σφυρήλατος οἷα κολοσσός.

Carne ferrea, quaſi malleis fabricatus inſtar coloſſi.

Σφυρὸν, οῦ, [τὸ], *pedis malleolus*, ſemper corripit penultimam, ut Iliad. δ. & apud Nonnum μη. v. 158.

Η σφυρὸν, ἢ κνήμην, κ. τ. λ.

Aut malleolum, *aut tibiam*, &c. Atque eamdem omnino habent quantitatem, quæ ex eodem themate componuntur, ut : *εὔσφυρος*, *ῥοδόσφυρος*, aliaque id genus ſexcenta.

Σχινίζομαι, *ad dentes purgandos*, *vel albos reddendos utor lentiſci cuſpidibus*, ſeu *ſcilla* herba, Etym.

Σχίνινος οἶνος, *lentiſcinum vinum* : *σχινίνη ῥητίνη*, *lentiſcina reſina*, ideſt, *maſtiche* : *σχίνινον ἔλαιον*, *lentiſcinum oleum*, quod ex maturo lentiſci fructu conficitur, Dioſc. lib. 1. cap. 51.

Σχῖνος, ου, (ὁ), *lentiſcus frutex*, ex cujus ligno fiunt cuſpides repurgandis dentibus accommodatæ propter vim adſtringendi. Aratus v. 1045.

Σχῖνοι ἀπείρητοι . .

Lentiſci ſine ſigno ſunt . .

Σχινοτρῶγες, (οἱ), *lentiſci arroſores*. Rodebant enim effeminati lentiſcum ad nitelam, alboremque dentium. Hinc proverbium apud Eraſm. *Lentiſcum mandere*.

Σωρῖτις, ιδος, epith. Cereris. Orph. hym.

Σπερμεία, σωρῖτι, ἀλωαία, χλοόκαρπε.

Seminatrix, *accumulans*, *perfecta areis*, *germinare faciens fructum*.

T

Τᾰβᾰϱίτης, panis genus, ut ταβαϱίτης ἄρτος. Sopater apud Ath. lib. 3.

Ταινία, & ταινίη, (ἡ), *tænia*, *faſcia*, *linea*, licet penultimam brevem habeat; apud Oppianum vero ſemper producta reperitur; ut Κυνηγ. γ. v. 187.

Ταινίη δὲ μέλαινα μέσην ῥάχιν ἀμφιβέβηκε.

Linea autem nigra mediam ſpinam dorſi cingit. Et v. 275.

Χυανέῃς ἑκάτερθεν ἐπίτριμα ταινίῃσι.

Nigris utrinque denſe lineis. Et lib. δ. v. 387.

Τήκω, *tabeſco*. Theocr. Idyll. α. v. 88.

Τάκεται ὀφθαλμώς . .

Tabeſcit oculis . .

Τᾰλᾰπενθής, έος, [ὁ ϗ ἡ], *luctum patiens*, Odyſſ. ξ.

Τᾰλᾰπείριος, ȣ, (ὁ), *miſer*, *laborioſus*, *multa incommoda expertus*. Odyſſ. ξ.

Τᾰλᾰϱίσκος, ȣ, (ὁ), *quaſillus*, in Epigr.

Τᾰλᾰρος, ȣ, (ὁ), *calathus vimineus*, *calathus*, *in quo caſeus coagulatur*, *qualus*. In Epigr. & Heſiod.

Οἱ δ᾽ αὖτ᾽ ἐν ταλάροις ἐφόρευν ὑπὸ τρυγητήρων.

Alii autem in ſportis ferebant a vindemiatoribus, uvas videlicet accipientes.

Τᾰλαύϱινος, ȣ, (ὁ), *patiens ærumnarum* & *laborum*, *fortis*, *audax*, *bellicoſus*. Iliad. ε. v. 289.

Αἵματος ἆσαι Ἄρηα ταλαύϱινον πολεμιστήν.

Sanguine ſatiarit Martem invictum bellatorem.

Τᾶλις, ιδος, (ἡ), *virgo nubilis*, ſeu *quæ ſponſa futura eſt*, teſte Euſtathio. Callimachus:

Αὐτίκα τὴν τάλιν παιδὶ σὺν ἀμφιθαλεῖ.

Τᾰμεσίχρως, οος, (ὁ), *incidens corpus*. Iliad. δ. v. 511.

Τᾰμίας, Ion. ταμίης, ȣ, (ὁ), *promus condus*, *diſpenſator*, *arbiter*. Iliad. δ. v. 84.

Τᾰμίη, ης, (ἡ), *diſpenſatrix*. Iliad. ζ. v. 383.

Τᾰμίσος, ȣ, (ὁ), *coagulum*. Theocr. Idyll. ε.

. . νέας ταμίσοιο ποτόσδον.

Τᾰναιμύκος, ȣ, (ὁ), *vehementer mugiens*, in Epigr.

Τᾰνάηκης, εος, (ὁ ϗ ἡ), *acutam habens aciem*. Iliad. ν. v. 77.

Τἀναός, ὃ, (ὁ), *longus, porrectus, acutus*, in Epigr.
Τἄνηλεγὴς; ἐος, (ὁ ϰὴ ἡ) ; ut θάνατος τανηλεγὴς, *mors longum ſomnum afferens*. Iliad. θ. γ. 70.
Τἄνύμηκης, εος, (ὁ ϰὴ ἡ), *in longum protentus*, in Epigr.
Τἄνύγλωσσος, ε, (ὁ), *habens linguam extenſam*, epith. cornicum Odyſſ. ι.
. . τανύγλωσσοί τε κορῶναι . Ubi Volaterranus vertit, *garrulæ cornices*.
Τἄνυγλώχιν, ἶνος, [ὁ], *extenſos habens angulos, & cuſpides acutas habens*. Iliad. θ.
Οϰτὼ δὴ προέηκα τανυγλώχινας ὀϊςὺς.
Octo præmiſit ſagittas acutas cuſpides habentes. Et Opp. Hal: τ. v. 88.
Τἄνυθριξ, ἶχος, [ὁ], *qui promiſſo eſt capillo*, aut *etiam tenui, qui eſt rigentibus pilis, qualis capra*. Hinc τανύθριχα αἶγα; *protentos pilos habentem capram*, Heſiod.
Τἄνύπεπλος, ε, (ὁ ϰὴ ἡ), *habens longam veſtem*. Iliad. γ.
Τἄνύπλευρος; ε, (ὁ ϰὴ ἡ), *qui eſt lateribus patulis*, in Epigr.
Τἄνυπλόκαμος, ε, [ὁ], *capillos longos habens*, Nonn.
Τἄνύπους, οδος, (ὁ ϰὴ ἡ), *rectipes, extendens pedes longis paſſibus, latis paſſibus incedens, velox*, epitheton Furiarum apud Sophocl. in Ajace. Et Odyſſ. ι. v. 464.
Καρπαλίμως δὲ τὰ μῆλα τανύποδα πίονα δημῷ
Πολλὰ περιτροπέοντες ἐλαύνομεν . .
Celeriter autem pecora velocia pinguia pinguedine
Multa ferientes abegimus . .
Τἄνύπτερος, ε, (ὁ), *habens extenſas alas, patentibus alis volans*, Heſiod.
Τἄνύπτερυξ; ὕγος, idem. Οἰωνοῖσι τανυπτερύγεσσι, *præpetibus volucribus*.
Τἄνυσίπτερος, idem quod τανύπτερος, avium epitheton apud Homer. Odyſſ. ε. Et apud Heſiod. τανυσίπτερος ὄρνις.
Τἄνυσκόπελος, ε, (ὁ), *ſcopulos longos habens*.
Τἄνυσφυρος, ε, (ὁ ϰὴ ἡ), *talos extendens, velox*. Heſiod.
. . . τανύσφυροι Ὠκεανῖναι.
Τἄνύω, *diſtendo*. Iliad. ρ. v. 390.
Λαοῖσιν δώῃ τανύειν, μεθύουσαν ἀλοιφῇ.
Populis dederit diſtendendam, ebriam pinguedine.
Τἄραντῖνος, ε, (ὁ), *Tarentinus*.
Τἄραντῖνοι, (οἱ), vocabantur genus quoddam militum, de quibus vide Liv. Dec. 4. lib. 5.

Τα-

Ταραντινίδιον, ου, (τὸ), genus veſtis ſubtilis.

Ταρχύω, ſepelio, parento. Iliad. π. v.

Ενθα ἑ ταρχύσουσι κασίγνητοί τε, ἔται τε.

Ibi ei exequias facient fratreſque, familiareſque.

Ταυρεῖα, (τὰ), feſtum quoddam Neptuni. Cur autem ita dicerentur, & cur Neptunus ταύρεος ab Heſiodo in ſcuto v. 104. & ταυροκέρως ab Eurip. in Baccho, & ταυροκράνος ab eodem in Oreſte vocatus ſit, videſis apud Cl. Mazoch. Collectan. 1. Pæſtanæ originis pag. 506. num. 15.

Ταυροπάτωρ, ορος, *taurigena*, epitheton apum apud Theocrit. quod ex putri taurorum carne naſcantur.

Ταυροφάγος, *quaſi taurivorus*, Ariſtoph. Bacchi epitheton. Nam Dithyrambici carminis præmium erat taurus, Etym.

Ταυροφανὴς, έος, [ὁ καὶ ἡ], *tauro ſimilis*, Dionyſ. de ſitu orbis.

Ταφεὺς, έος, [ὁ], *mortuorum curator*, quem Plautus *pollinctorem* vocat; *veſpillo*, *ſandapilarius*.

Ταφήϊος, ου, (ὁ), *funeſtus*. Apoll. 2. Arg. μῆλα ταφήϊα, *pecudes funereæ*.

Τάφος, ου, (ὁ), *ſepulcrum*, *tumulus*, *funebre epulum*, in Epigr. Item *ſtupor*; & Inſula quædam.

Ταχύβουλος, ου, (ὁ), *qui ex re conſilium capit*. Ariſtoph. in Acharn.

Ταχύγουνος, ου, (ὁ καὶ ἡ), *velox*, *cui velocia ſunt genua*, Nonn.

Ταχινὸς, οῦ, (ὁ), *celer*.

Ταχυδινὴς, έος, (ὁ καὶ ἡ), *celeriter volubilis*, Nonn.

Ταχυκίνητος, ου, (ὁ), *qui celeriter movetur*.

Ταχυμήνις, ιος, (ὁ), *qui ſubito ad iram provocatur*, in Epigr.

Ταχυμήτις, ιος, [ὁ], *qui cito deliberat*, *aut conſilium capit*, Nonn.

Ταχύνω, *celero*, *accelero*, Sophocl.

Ταχυπειθὴς, έος, (ὁ καὶ ἡ), *credulus*, Nonn.

Ταχύποτμος, *celeriter moriturus*: unde ὥρη ταχύποτμος, *hora mortem cito allatura*.

Ταχύπωλος, ου, (ὁ), *celeres habens equos*; *bellicoſus*. Iliad. ξ. v. 21.

Ταχύπους, idem quod ὠκύπους, ποδώκης, *pedibus celer*.

Τελχὶν, ῖνος, [ὁ], *furioſus*, *ſupra hominem vires habens*.

Τελχῖνες, οἱ, *homines afflati ſpiritu & furioſi*, *invidioſi fa-*

ſi faſcinatores, quales Corybantes, & Cabri fuiſſe commemorantur.

Τελχινοδύς, εος, [ὁ καὶ ἡ], *duræ cervicis*.

Τελχινταίνω, *contentioſe me oppono*.

Τεμάχιτης, ου, (ὁ), *piſcis ingens, qui in fruſta diſſecatur muria condienda*. Ariſtoph. in Equitib.

Τέμαχος, εος, [τὸ], *fruſtum*, de piſcibus dicitur, & placentis, non item de carne, ut notat interpres Ariſtoph. in Nebul.

Τερεντῖνος, ου, [ὁ], *Terentinus*. Unde *ludi Terentini*, qui & *ſæculares* vocantur, qui centeſimo quoque anno tribus diebus continuis, tribuſque noctibus celebrabantur. Auſonius in Ternario:

Trina Terentino celebrata trinoctia ludo.

Τετράγλωχιν, in Vocativo, in Epigramm. ideſt *quadrate*, epitheton Mercurii. Scribit enim Thucydides vetuſtiſſimos Græcos ſolitos eſſe Mercurii ſtatuas ante domos ponere, Deinde quia terminos faciebant lapide terram verſus acuminato, & in quadratam figuram ſeſe extollente, in cujus ſummitate caput hominis pectore tenus imponebant, ſuſpicari licet eum Mercurium fuiſſe, quem *quadratum*, vel *quadrangulum* Leonides Epigrammatarius appellat.

Τετρακισμύριοι, [οἱ], *quadraginta millia*.

Τετρακισχίλιοι, (οἱ), *quatuor millia*.

Τετράοροι ἵπποι, Hom. Od. ζ. *quadriuges equi*, *quatuor equi in quadrigis*.

Τετράπαλαι, *jampridem*, in Epigr.

Τετράῤῥυμον, vel

Τετράρυμον, *quadriga*. Eſt & τετράρυμον ἅρμα, *currus quatuor conſtans temonibus*.

Τετριγώς, ῶτος, (ὁ), *triſtem & exilem vocem emittens*, ſicut veſpertiliones, & pulli. Thema eſt τρίζω. Iliad. β.

Τέττιξ, ιγος, (ὁ), *cicada*. Iliad. γ. v. 151.

Εσθλοὶ, τεττίγεσσιν ἐοικότες, οἵ τε καθ' ὕλην.

Boni, cicadis ſimiles, quæ in ſylva. Veteres Athenienſes aureas cicadas capillis ſuis implicatas geſtabant, quod eſſent αὐτόχθονες, ideſt, *indigenæ*, ut cicadæ, ut ſcribit Thucydides.

Τεττιγόμητρα, ας, [ἡ], *cicadæ matrix*, ſeu *cicadarum mater*.

Τεττιγόνια, (τὰ), ſive τεττιγόνιαι, *cicadæ minores*. Ariſtot. lib. hiſt. animal. cap. 30. Unde Plinius lib. 11. cap. 26.

cap. 26. *Quæ canunt vocantur Achetæ* (ἀχέται) ; *& quæ minores eis ſunt, tettigoniæ, ſed illæ magis canoræ. Mares canunt in utroque genere, feminæ ſilent.*

Τεττιγγόνιον, ου, [τὸ], *cicadæ ſimile.*

Τεττιγοφόροι, *cicadiferi*, ideſt, Athenienſes, propterea quod capillis complicandis adhiberent cicadas aureas, ut eo argumento *αὐτόχθονας* ſe probarent, ſicuti creduntur cicadæ, & *γηγενεῖς*, Thucydid. lib. 1.

Τευχῖτις, *teuchitis*, *juncus odoratus Arabicus*, Dioſc. lib. 1. cap. 16.

Τηλεδαπὸς, οῦ, [ὁ], *peregrinus*. Odyſſ. ξ.

Τηλεθάων, οντος, & οντος, *valde vireſcens*. Odyſſ. ν. *δένδρεα τηλεθάοντα*, *arbores late frondentes.*

Τηλεφανὴς, έος, (ὁ καὶ ἡ), *procul apparens*, aut *lucens.*

Τηλύγετος, ου, (ὁ), *unicus*, *in ſenectute genitus*, *ultimo natus*, *natu minimus*, Laſcaris. Dicitur de eo, poſt quem natum non eſt integrum alium rurſum parere ; aut qui peregrinante, ac procul abſente patre natus eſt, ut Tegonus Ulyſſis e Circe ; & Telemachus, cum procul a domo, apud Trojam pugnaret. Accipitur etiam pro *caro* & *ſolo* abſolute, & *καταχρηστικῶς* (abuſive). Hinc apud Homer. *ἄμφω τηλυγέτω*, *ambo cari*, *& præter quos non habebat alios pater*, *nec habiturus erat*. Reperitur & *τηλυγέτη* in genere Feminino, ut Iliad. γ. *παῖδά τε τηλυγέτην*, *filiamque caram.*

Τησίχρυσος ῥίνη, *lima atterens aurum*. Scribendum *τειψίχρυσος*.

Τιάρα, ας, [ἡ], *tiara*, ornamentum capitis, quod & *τιάρις* a quibusdam appellatur. Hoc erectum ſoli reges apud Perſas geſtabant: duces vero, inflexum. Herodot. lib. 7. Hoc verbum Græcum eſt, & uſu verſum in Latinum. Hinc Virgil. Æneidos lib. 7.

Sceptrumque, ſacerque tiaras. Hic advertesis dici per uſurpationem. Nam *tiara* dicimus, ait Servius. Tiaram (inquit Donatus) dixit pileum, quo Phryges utuntur cum celebrant ſacra ; atque inde *Sacrum* dixit, quia, quod ad ſacra pertinet, ſacrum eſt.

Τιάρις, (ἡ), *galeæ criſta*, *pileus a ſole defendens.*

Τιαροειδὴς, έος, (ὁ καὶ ἡ), *ſimilis tiaræ.*

Τιμαλφέω, *honoro.*

Τιμαλφὴς, έος, (ὁ), *pretioſus*, *ſplendidus*. Epitheton eſt auri, quo utitur Ariſtoph.

Τῑμάομαι, *honoro*, *honore afficio*. Item *multo*, *in aliquem animadverto*, *litem æſtimo*, quod & τῑμῶ dicitur. Τιμᾶσθαι dicebant pro eo quod eſt *civem cenſere*, *cenſum agere*; & paſſive pro *cenſeri*, ideſt, æſtimatis facultatibus in *cenſum redigi*. Τιμᾶσθαι etiam interdum erat vendentis, quod Latine *indicare* dicitur, ſicut *liceri* ementis.

Τῑμάορος, ου, (ὁ), *ultor*, *vindex*.

Τῑμάω, *honoro*, *magnifacio*. Iliad. ο.

Λισσομένη τιμῆσαι Ἀχιλλῆα πτολίπορθον.

Supplicans honore afficere Achillem urbium vaſtatorem.

Τῑμὴ, ῆς, [ἡ], *honor*, *dignitas*, *cultus*. Iliad. δ. v. 410.

Τῷ μή μοι πατέρας ποθ' ὁμοίῃ ἔνθεο τιμῇ.

Quare ne mihi patres umquam in ſimili ponas honore.

Τῑμὴ, ῆς, (ἡ), *ultio*, *pœna*. Iliad. α. τιμὴν ἀρνύμενοι, ideſt *pœnas repetentes*.

Τιμήεις, εντος, [ὁ], *pretioſus*, *honoratus*. Iliad. σ. v. 475.

Καὶ χρυσὸν τιμῆντα καὶ ἄργυρον .

Et aurum pretioſum & argentum .

Τῑμημα, τος, (τὸ), *pretium*, *æſtimatio*, Eurip.

Τιμήορος, ου, [ὁ], *adjutor*, *vel ultor*, *ſeu ultrix*, ut τιμήορος ὀργὴ, *ultrix ira*, Nonn. & Apoll. Arg. δ. v. 709.

Τιμηρεύειν, idem quod τιμιοπωλεῖν, *magno pretio vendere*.

Τίμησις, εως, (ἡ), idem quod τίμημα, *multa*, *ſupplicium*.

Τιμητέος, *honorandus*.

Τιμητὴς, οῦ, [ὁ], *cenſor*, *æſtimator bonorum*. Hinc τιμητικὸν πινάκιον, *cenſoria tabella*, in qua reos damnabant, longa linea protracta, brevi vero abſolvebant. Ariſtoph. in Veſpis.

Τίμιος, ου, [ὁ], *pretioſus*, *carus*, *honorabilis*. Anacr. ode μγ.

Σὺ δὲ τίμιος βροτοῖσι.

Tu autem honoratus mortalibus.

Τιμόπολις, *qui civitatem honeſtat*, Eurip.

Τῑμωρέω, *punio*, *crucio*, *injuriam perſequor*, Eurip. in Hecuba.

Τῑμωρὸς, οῦ, [ὁ], *ultor*, *vindex*, Soph. in Electra.

Τίνω, *pendo*, *ſolvo*: unde τιννύω, & τίνυμι pro eodem per duplex νν in derivativis, licet primitivum per unicum, Gaza lib. 3. Grammat. Iliad. γ. v. 289.

Τίνειν οὐκ ἐθέλωσιν, Ἀλεξάνδροιο πεσόντος.

Pendere noluerint, *Alexandro proſtrato*. Licet inveniatur etiam priori brevi lib. 3. Epigram.

Τίομαι, *ulciſcor*. Odyſſ. ο.

. . . *τίσατο ἔργον ἀεικὲς*.

. . *ultus eſt indignum facinus*.

Τιρέσιας, ου, (ὁ), *Tireſias*, *vates Thebanus*. Odyſſ. λ.

Τίρυν, υθος, (ἡ), nomen urbis, quæ *Tirynthia* dicitur Plinio. Civitas autem eſt Argis vicina, in qua nutritus eſt Hercules, qui inde *Tirynthius* dictus Virgil. Æneid. 7. Theocrit. Idyll. κε. v. 171.

Αὐτόθεν, ἢ Τίρυνθα νέμων πόλιν, ἠὲ Μυκήνην.

Indidem, an Tirynthe habitans, aut Mycenis.

Τίσις, εως, (ἡ), *ultio*, *pœna*. Heſiod.

. . . *τοῖς τίσιν μετόπισθεν ἔσεσθαι*.

. . *illis pœnam retrorſum futuram*. Sed corripitur Iliad. χ. v. 19.

. . *ἐπεὶ οὔ τι τίσιν γ' ἔδδεισας ὀπίσσω*.

. . . *non enim ultionem ullam veritus es in poſterum*.

Τισιφόνη, ης, [ἡ], *ultrix cædis*. Eſt una ex Furiis, a cædibus plectendis dicta. Eurip.

Τιταίνω, *traho*, *extendo*. Iliad. β. v. 391.

. . *εὔξοον ἅρμα τιταίνων*.

. . *bene politum currum trahens*. Item *gratias ago*, ut apud Nonnum:

. . *χάριν γενετῆρι τιταίνων*.

. . *gratias patri agens*.

Τιτὰν, ᾶνος, (ὁ), *dæmon ſubterraneus*, & epitheton Solis. Iliad. ξ. v. 279.

Τὰς ὑποταρταρίους, οἳ Τιτῆνες καλέονται.

Subterraneos, qui Titanes appellantur.

Τιτανὶς, *terra univerſa* a quibusdam ſic dicitur; a quibusdam vero Attica ſolum: a Titano uno ex Titanibus.

Τιτανοκράτωρ, ορος, [ὁ], *domitor Titanum*, epitheton Iovis.

Τίτανος, ου, (ὁ), mons Theſſaliæ, ſic a candore dictus. Iliad. β. v. 751.

Τίτανος, ου, [ὁ καὶ ἡ], Suid. *calx*: *gypſum*. Heſiod. de Scuto Herculis:

Πᾶν μὲν γὰρ κύκλῳ τιτάνῳ λευκῷ, τ' ἐλέφαντι

Ἠλέκτρῳ ὑπολαμπὲς ἔην . .

Nam totus quidem circumquaque gypſo, candidoq. ebore

Et electro lucidus erat . .

Τιτανῶδες ἐνιδὼν, *inſpiciens Titanis in modum*, ideſt, *torve*. Lucian.

Τιτανωτὸς, οῦ, [ὁ], *gypſatus*, *calce oblitus*.

Τίτυις, ιδος, [ἡ], *Diana*, Latonæ, & Cæi Titanis filia. Callimach.

Τιτίζειν, *titiſſare, pipire, vocem edere more paſſerculorum, & aliarum avium.*

Τίτοι, dicuntur columbæ ex paſſerum ſalacitate, qui ſolent τιτίζειν.

Τιτυβίζω, *garrio*. Hirundinum eſt, cum vocem edunt, aut quarumdam perdicum, ſicut cæteræ dicuntur κακκαβίζειν, quo etiam Latini utuntur. Scribitur & πιττυβίζω.

Τιτύζω, *idem*.

Τιτυοκτόνος, epitheton Dianæ, quod Tityum interfecerit.

Τιτύρινος, *fiſtula paſtoralis ex ſtipula*, Heſych.

Τιτυρισταί, *fiſtulatores non ſunt*, ſed *Satyri*, apud Appianum in Λιβυκῇ, motu turpi atque indecoro ſaltantes ac geſticulantes.

Τίτυρος, ου, (ὁ), *nomen paſtoris*. Theocrit. Idyll. γ. v. 3.

Τίτυρ' ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλάμενε βόσκε τὰς αἶγας.
O Tityre mihi bene care paſce capellas.

Τιτύσκομαι, *obſervo, collimo*. Iliad. γ. v. 80.

Τίφη, ης, (ἡ), *tiphe*, genus eſt frumenti diverſum a ſiligine, & olyra; licet confuſe Heſychius τίφην per ὄλυραν exponat. Quod vero de pabulo equorum loquens dixit Homerus Iliad. θ.

Τμῖν πὰρ προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκε.
Vobis prioribus ſuave triticum appoſuit, id inſignes Grammatici cum Galeno per τίφην explicant.

Τίφος, εος, [τὸ], *locus humectus & uliginoſus*. Apoll. 2. Argon. v. 824.

. . κατὰ πλατὺ βόσκετο τῖφος,
. . *in vaſto paſcebatur cœno*.

Τίφυς, υος, *Tiphys*, nomen viri proprium, in navibus fabricandis arte ſingulari, & qui Argonautarum gubernator fuit, auctore Virgil. Eclog. 4. & Ovid. epiſt. 6. *Quid tibi cum patria navita Tiphy mea?* Et Apoll. Arg. α. v. 562.

Τίω, *honoro*. Iliad. ι. v. 218.

Αἰτωλοῖσιν ἄνασσε, θεὸς δ' ὣς τίετο δήμῳ.
Ætolis imperabat, deuſque tamquam honorabatur a populo.

Τίω, *pœnas ſolvo, pendo*. Iliad. α v. 42.

Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσι.
Pendant pœnas Danai ob meas lacrymas tuis ſagittis.

Τλήθυμος, ου, (ὁ), *forti animo præditus*, *magnanimus*, Heſych.

Τορύνη, ης, (ἡ), *rudes*, *rudicula*, vel *cochlear*, in Epigramm. Videſis proverb. apud Eraſm. *ollæ ſubariæ toryna aurea*.

Τορύνω, *agito*. Ariſtoph. in Equit.

Τοφιὼν, ῶνος, (ὁ), *tophaceæ lautumiæ*, hujus vocis nullum prorſus apud Græcos ſignatum exſtat veſtigium. *Tofus*, ſive *Tofum* quid ſit, ſtructores non latet. At id de Græco fuiſſe ſublatum, nemo vel eruditiſſimus norat, (inquit Cl. Mazochius) abſque tabulis Heracleenſibus fuiſſet. Hinc (pergit) Voſſio danda eſt venia, reprehendenti illos, qui cum PH *Tophum* ſcriberent, cum ſit, inquit, vox mere Latina. Niſi quod, ſi qui *Tofum* adhuc malunt, hi antiquorum conſuetudine excuſabuntur, apud quos & *Filippus*, & *Fryx*, & ſimilia ὀρθογραφεῖσθαι mox erat: tantum abeſt, ut a *Tofus* abhorruerint. Hæc ille pag. 227. Comment. in Tabul. Heracl. num. 30.

Τράγος, ου, (ὁ), *hircus*, ἐνόρχης eſt: nam caper caſtratus: improprieque dixit pro *hirco* Virgil.

Vir gregis ipſe caper . . Translate *fœtor alarum* in hominibus, qui a Latinis *caper* dicitur, ut a Catullo: & *capra*, & *hircus* Horat. 1. epiſt. 5.

Sed nimis arcta premunt olidæ convivia capræ. Idem Epod. 12.

. . *gravis hirſutis cubat hircus in alis*. Præterea τράγους Hippocrates vocat pubeſcentes juvenes, qui & τραγίζοντες dicuntur, Latineque *hirquitallos* Sextus Pomp. & Cenſorinus appellant. Atque hinc τραγίζειν, *hirquitallire*, *caprire* vertit Gaza nove & improprie, ſignificanter tamen.

Τραγοριγάνος, ου, (ἡ), & τραγοριγανον, *herbæ genus*, Dioſc. lib. 5. cap. 47.

Τραγοριγανίτης οἶνος, ex tragorigano confectum vinum.

Τραγοσκελὴς, έος, (ὁ), Panos epitheton, *hircina habens crura*, *hircinis cruribus*.

Τραπεζίτης, ου, (ὁ), *nummularius*, *menſarius*, Pollux.

Τράπης, ητος, *trapes*, vel *trapetum*, *mola olivaria*, ut ait Servius.

Τραπητὸς, ου, (ὁ), *calcator uvarum*.

Τρασύμενος, ου, (ὁ), *Traſymenus*, lacus in agro Peruſino, unde & hodie vocatur *Lacus Peruſinus*, teſte Blon-

do in Italia illuſtrata; juxta quem Hannibal Flaminium Conſulem cum XXIII. Romanorum millibus interfecit, & VI. millia cepit. Meminit hujus Plin. lib. 2. cap. 84.

Τρᾱχουρος, ου, (ὁ), *trachurus*, piſcis de quo Ælianus, & Athenæus. Eſt haleculæ figura; ſed utrinque laterum a capite ad caudam ſerrata ſpina armatur deorſum. Opp. Hal. α. v. 99.

Τραχούρων τ' ἀγέλας, βούγλωσσοι, καὶ πλατύουροι.

Trachurorumque greges, bugloſſi, & platyuri.

Τρᾱχῖνη, ης, [ἡ], *Trachina*, oppidum Volſcorum in Campania, quæ poſtea interpoſita α, *Tarachina*, vel *Tarachinæ, Tarachinarum* tantum pluraliter. *Anxur* etiam antea dicebatur. Nunc autem *Taracina*, vel *Tarracina* vocatur.

Τρηχὶν, ῖνος, (ἡ), *Trachina*, ſeu *Trachyna*, urbs Theſſaliæ, quæ Heraclea ab Hercule cognominata eſt. Græci τράχυνα vocant *aſpera*. Vnde *Trachynam* quaſi *Trachynam* ab aſpretis dici autumat Strabo. Et ab hac Trachyna Theſſaliæ, Sophoclis tragœdia *Trachyna* dicta eſt. Apollon. Argon. v. 1355.

. . εὐκτιμένην τε μέλοντο

Τρηχῖνος . .

. . *munitamque curant Trachina*.

Τρηχύνω, *turbo*. Apoll. Arg. δ. v. 768.

Τρηχύνοι πέλαγος . .

Perturbet pelagus . .

Τρηχυνόμενος ποταμὸς, *impetu decurrens fluvius*.

Τρᾱχὼν, ῶνος, *locus ſaxoſus*.

Τρίαινα, ης, (ἡ), *fuſcina*, *tridens*: piſcatorum inſtrumentum, quo feriunt piſces; & Neptuni inſigne. Odyſſ. ι. χερσὶ τρίαιναν ἑλών.

Τρίβω, *tero*, *trituro*, *tundo*, *contundo*. Iliad. υ. v. 490.

Τριβέμεναι κρῖ λευκὸν ἐϋτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ.

Ut triturent hordeum album æquabili in area. Item τρίβειν μέτωπον, *pudorem abjicere*, Ciceroni *os perfricare*. Τρίβειν τὴν κεφαλὴν, *hærere*, *perplexum eſſe*, Ciceroni *perfricare caput*. Hinc & Horat. lib. 1. Sat. 10.

. . *& in verſu faciendo*

Sæpe caput ſcaberet, vivos & roderet ungues. Et Quintilianus Inſtitut. lib. 11. In *hac cunctatione ſunt quædam*, ut appellant Scænici, *moræ non indecentes*, *caput mulcere*, *manum intueri*, *infringere articulos*.

Τριγλῶχιν, ῖνος, [ὁ], *triſulcus, tricuſpis.* Iliad. λ. v.507.
Ἰῷ τριγλώχινι βαλὼν κατὰ δεξιὸν ὦμον.
Sagitta triſulca percuſſum ad dextrum humerum. Valla vero vertit *ſagittam trigoniam.* Iliad. ι. Τριγλώχινι λόγῳ, h. e. *ſermone tricuſpide.*

Τρικλίνιον, ου, [τὸ], &

Τρίκλινος, ου, [ὁ], *triclinium*, ideſt, *locus tribus lectis inſtructus.*

Τρικυμία, ας, [ἡ], *procella maxima*, & *tempeſtas: trinus fluctus*, Latine *fluctus decumanus.* Nam fluctus decimus fieri maximus dicitur, ut ait Sextus Pompejus. Ovid. lib. 2. Metam.
Vaſtius inſurgens decimæ ruit impetus undæ.

Τρινακρία, *Trinacria*, vel *Trinacris*, Ovid. *Sicania*, *Triquetra*, ideſt *Sicilia*, quod ἄκρας, h. e. promontoria tria habeat, ſcilicet Pachynum, Lilybæum, & Pelorum.

Τρίναξ, ακος, vide Θρίναξ.

Τριοδῖτις, ιος, [ἡ], *Trivia*, h. e. Diana, ita dicta, quod in triviis coleretur. Orph. v. 45.
Εἰνοδίαν Ἑκάτην κλήζω, τριοδῖτιν ἐραννήν.
In via habitantem Hecatem voco, Triviamq. amabilem.

Τρίῤῥυμος, ου, [ὁ, *tres temones habens.*

Τρισκοπάνιστος, ου, [ὁ], *ter piſtillo ſubactus*, ut ἄρτος τρισκοπάνιστος, Hom. Βατραχ.

Τρισμακάριος, ου, (ὁ), & τρισμάκαρ, *ter felix*, Ariſtoph. in Nubib. & Homerus:
Τρισμάκαρες Δαναοὶ. Odyſſ. tamen lib. ε. ſic disjunctim reperitur:
Τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις. Quod eſt Virgilio,
O terque quaterque beati. Et Horat.
Felices ter & amplius. Dicitur & Τρισευδαίμων, & τρισόλβιος, ideſt inquit Heſych. τρισμακάριστος.

Τρισμύριοι, [οἱ], *triginta millia*, ut τρισμύριοι ὁπλῖται, XXX. *millia peditum.*

Τρισοϊζυρὴ πόλις, ab Archilocho Thaſus vocatur, h. e. *nimie calamitoſa*, Euſtath. Iliad. ϑ.

Τριτογένεια, ας, [ἡ], epitheton Minervæ: vel quod apud Tritonem Africæ fluvium apparuerit; vel a nomine Τριτώ, ideſt κεφαλή, quod ſit ex Iovis capite edita. Heſiod. in Theog.
Αὐτὸς δ' ἐκ κεφαλῆς γλαυκώπιδα τριτογένειαν, &c.
Habet autem caput vim triplicem, ſcilicet, νῦν, μνήμην,

μην, & Sίληση; vel quia ſunt tres partes Prudentiæ, memoria, intelligentia, providentia. Τριτογένεια apud Ariſtoph. in Nebul. eſt etiam ἐνόπλιος ὄρχησις, genus ſaltationis in armis, in Minervæ honorem inſtitutum.

Τριτογενὴς, έος, in Epigr. pro Minerva.

Τριτὼ, όος, ἡ κεφαλὴ, *caput*: ſic enim Æoles vocant, ut ait Comment. Ariſtoph. in Nubib. item *metus*.

Τρίτων, ωνος, (ὁ), *Triton*, Deus marinus, filius Neptuni, & Salaciæ Nymphæ marinæ, quem Poetæ fingunt Neptuni tubicinem eſſe. Heſiod. in Theog. v. 930.

Ἐκ δ' Ἀμφιτρίτης, καὶ ἐρικτύπου Ἐννοσιγαίου
Τρίτων εὐρυβίης γένετο μέγας.

Ex Amphitrite, & gravicrepo Neptuno
Triton late potens natus eſt magnus.

Τριτωνὶς, ίδος, [ἡ], *Minerva*, in Epigr.

Τρίφυλος, ου, (ὁ), *in tres tribus diſtributus*.

Τριχάϊκες, (οἱ), qui aſſidue verſantur in præliis, veluti aſſidue concutientes ac motantes criſtas, in quibus pleramque capillorum quadam ſimilitudine propendent equinæ ſetæ. Unde illud:

criſtaque hirſutus equina. Odyſſ. τ. v. 177.

Dorienſes vocantur τριχάϊκες, h. e. *capillati*, & *quaſſantes crines*:

Δωριέες τε τριχάϊκες, δῖοί τε Πελασγοί.
Dorienſeſque Trichaicos, diviniquε Pelaſgi. Heſiodus tres illos populos diverſos hoc nomine appellavit, qui Cretam incoluerunt, Pelaſgos videlicet, Achæos, & Dores,

Οὕνεκα τρισσὴν γαῖαν ἑκὰς πάτρης ἐδάσαντο.
Quoniam procul a patria terram diſtribuerunt trifariam.

Τρίχαπτον, ου, (τὸ), quod *ex crinibus contextum eſt*, *bombycinum*, *ſericum*, aut *bombycinum quoddam textum*, *quo capitis crines conſtringuntur*, Poll. Ovid. 3. de Ponto:

nec habens crinale capillis. Βομβύκινον ὕφασμα, Heſychius exponit, *capillare* vocat Martialis. Ezechielis cap. 16. τὰ περιβόλαιά σου βύσσινα, καὶ τρίχαπτα, καὶ ποικίλα: *amictus tui byſſini, & trichapti & verſicolores*. D. Hieronymus volens tenuitatem exprimere veſtimenti, pro trichapto, *ſubtilibus* tranſtulit, quod tenui ſtamine atque ſubtegmine contextum eſſet. Ὀξύπται (achitur) apud Heſychium.

Τρίχες, [αἱ], a Nominativo θρὶξ, *pili*, *capilli*, *capillamenta*, *acetabula*, *cirri*, Pro *villis ovium* apud Homerum.

rum. Nonius ſcribit inde *tricas* dici Latine extrita aſpiratione. Τρίχας δῦσαι, *pilis veſtiri*, quod *pilare* dixerunt veteres.

Τρῠγᾰβόλιον, ου, [τὸ], locus in quem reconditur ἡ τρύγη, ut σιτοβόλιον dicitur frumenti reconditorium. Heſychius, τρυγαβόλια dicta fuiſſe ſcribit loca, in quibus fructus aridos reponebant, ut ſunt granaria.

Τρῠγάω, *vindemio*. Ariſtoph. in Veſpis: οὐκ ἐρήμας τρυγήσεις: cui reſpondet Eraſmi proverbium: *Haud impune vindemiabis*. Unde fit ἀτρύγετος, ut Iliad. α. v. 315. ἅλς ἀτρύγετος, *indomitum mare*, *ſive fundo carens*, adeo ut ejus τρύγας h. e. fæces invenire nemo queat: a τρὺξ *vinum recens*, *& fæx vini*. Et Iliad. σ. v. 566.

. . ὅτε τρυγόωεν ἀλωήν.
. . *quando vindemiarent vineam*.

—— γενεαι μεροπων ανθρωπων. Il. α. 250.

De Brachycatalexi, Catalexi, & Hypercatalexi, quas Græci nominarunt αποθεσεις, i. e. *Depoſitiones*, ſive *Terminationes*, dictum eſt ſupra, & frequentiſſime occurrent in ſequentibus.

Dialyſis eſt, qua dictio in fine poſita ita diſtrahitur, ut una pars in præcedente ſit verſu, altera in principio ſequentis,

—— απ' ωραν' αιθε
ρος δια μεσσω. Sapph. I.

CAP. II.

SECTIO I.

De Metrorum Generibus.

Metra principalia, Græc. Πρωτοτυπα & Αρχηγονα dicta, ſunt novem,

Dactylicum, Anapæſticum, Iambicum, Trochaicum, } Ex ſimplicibus pedibus;

Ionicum a majore, —— a minore, Choriambicum, Antiſpaſticum, Pæonicum, } Ex compoſitis.

Cetera ex his ſunt, quæ mutilata per cola, & commata, aut paribus agglutinantur ſibi, aut ſola ponuntur, & ſumunt nomina,

Ab inventoribus, ut, *Phalæcium*, *Sotadicum*;
Ab his, qui maxime frequentarunt, ut *Ariſtophanium*; *Aſclepiadeum*;
Ab uſu, ut, *Priapejum*;
A paſſione, ut, *Scazon*; aut,

A con-

A conjugatione ſimilium, ut, *Periodicum*; aut,
A certa mixtura diverſorum pedum; ut, *Proſodiacum*.
Innumera ſunt alia, quæ ab irregulari mixtura pedum *Aſynarteta* vocantur.

Sect. II.

De Dactylico.

Carmini Dactylico, Heroico, ſive Delphico, tamquam ex Proſodia Latina ſatis noto, non immorabimur; modo notandum eſt, hæc per *Monopodiam*, cetera per *Dipodiam* ſcandi moris eſſe; i. e. Dactylicum plenum eſſe Hexametrum, Iambicum [Lat. *Senarium*] modo Trimetrum.

Sect. III.

De Anapæſtico.

Carmen Anapæſticum, quatuor recipit pedes quatuor temporum,
Anapæſtum,
Dactylum,
Spondæum, & rariſſime
Proceleuſmaticum.

Anapæſticus verſus Monometer Acatalectus, qui etiam Baſis appellatur, in hunc modum variari poteſt,
Τινα Τρωϊαδων. Eur. Hec. 94. purus.
Ταδε θωΰσσων. Ib. 112.
Ποια δε πολις. Ib. 159.
Της δ' ὑπο γαῖαν. Ib. 146.
Συνδυλευσω. Ib. 202.
Ενθα νεκρῶν μετα. Ib. 208.

Ex Dimetris vero Anapæſticum ſyſtema fere conflatur. Baſis, ſive Monometer, Parœmiacum plerumque præcedit. Parœmiacus ſententiæ finem occupat. Dictus autem ita fuit a παροιμια, quia plurimæ ſententiæ proverbiales in hoc metro circumferebantur.

Parœmiacus eſt, in ſyllabam Catalectus, i. e. ubi poſt tres pedes quatuor temporum una redundat ſyllaba communis; aut una deeſt ſyllaba ad implendum verſum, ut,

Της

Tȣς σȣς δε πονȣς
Χρησω διαπαν | *τος ακȣ* | *σαι*. Æſch. Pr. 283.

Communem dico ſyllabam, quia ſententiam claudit, nec aliter alibi permiſſa eſt ultimæ ſyllabæ licentia; ſed ad hanc continuandi ſunt Anapæſti, aut pares Anapæſto pedes, ac ſi unus eſſet verſus: notandum vero, quod in Parœmiacis ſyllaba Catalectica ſoli Anapæſto debet ſubjici.

Sunt & alii Anapæſtici, ſc. Brachycatalecti, Hypercatalecti, & Catalecti, in ſyllabam, & diſyllabam. Hi vero in Choris, Monoſtrophis, & Pindaricis ſolummodo reperiuntur.

N. In ceteris metris vitioſum eſt, ſi ſinguli pedes partem orationis finiant, ſed in his bonum, ut,

Σφαγιον θεσθαι | *τυμβȣ δ' επιβας*. Eur. Hec. 108.
Διϲσων μυθων | *ρητορες ησαν*. Ib. 123.

S e c t. IV.

De Iambico.

Carmen Iambicum Iambos ſolos primo admiſit; ut illud repertoris Archilochi,

Πατερ Λυκαμβ | *α, ποῖον εκ* | *φρασω λογον*. Sed cum hoc non modo ſcriptori operoſum eſſet, verum etiam auri, ob perpetuum ejuſdem pedis recurſum, ingratiſſimum,

Tardior ut paulo graviorque veniret ad aures,
Spondæos ſtabiles in jura paterna recepit. Horat.

His ſemel receptis, aliis quoque data porta: nam prima Spondæi ſyllaba in duas breves ſolutâ, fit Anapæſtus; ſoluta ultima fit Dactylus; Tribrachys autem eſt Iambi ſolutio; hinc recipit jam,

In locis imparibus ſive ſiniſtris { Iambum, Tribrachyn, Spondæum, Dactylum, Anapæſtum,

In paribus, ſive dextris, i. e. in ſecundo & quarto, { Iambum, vel Tribrachyn,

Et in ſexto { Iambum, vel Pyrrichium; ob indifferentem ſyllabam.

Iam-

Iambicum ſyſtema fere ex Trimetris Acatalectis conſtatur; ſed & alii ſunt, ut,

Monometer Acatalect. ſive Baſis
Ιω πελας. Eur. Hec. 2077.
Επεσ' επεσεν. Soph. Aj. 625.
Μομφαν εχων. Ib. 180.

Monometer Hypercatalect. ſive Penthemim.
Οσον ταχιϛ | α. Soph. El. 1458.
Αχεσι συνωδ | ος. Eur. Ph. 1543.

Dim. Brachycatalect. (Euripideus, Eupolidius.)
Τεκνων εμων | φυλαξ. Eur. Hec. 1087.

Dimet. Catalect. Hepthemimer, (Anacreonticus.)
Προσειπε δ' αλλ | ος αλλον. Eur. Or. 1428.

Dim. Acatalect. (Archilochius, Ariſtophanius.)
Δι' ασπιδων | δι' αιμακτων. Eur. Ph. 1311.

Trim. Catalect. (Hipponacteus.)
Εχων εμ' ὡς | πε ναυσιπομπ | ον αὔραν. Eur. Ph. 1741.

Tetram. Brachycatalect. (Ariſtophanius.)
Γελως πονων | πε φαρμακον | μεγιϛον εν | βιῳ. *Scal.*

Sect. V.

De Trochaico.

Carmen Trochaicum ad Iambicorum leges quam proxime accedit; admittit enim

In imparibus { Trochæum, Tribrachyn,

In paribus { Trochæum, Tribrachyn, Spondæum, Dactylum, Anapæſtum,

Eo tamen differunt, quod ſedes impares ſervantur intactæ; idque multo diligentius quam in Iambicis pares. Scal.

Trochaicum ſyſtema fere conſtat ex Tetrametris Catalecticis; vel ex duobus Commatibus Dimetris, Acatalecto, & Catalectico.

N. Quod poſt ſex pedes reſtat; videl. *pes & communis ſyllaba*, *καταληξις* vocatur.

Sunt & alii apud antiquos, ſcil.

Mo-

Monometer Acatalect.

Αςενακτος. Hec. 689.

Monometer Hypercatalect. ſive Penthemimer (Pancratius.)

Φευγε λοιδο | ρων. Eur. Or. 996.

Dim. Brachycatalect. Ithyphallicus (vel, Phallicus, Bacchiacus.]

Βακχε, Βακχε | Βακχε. Scal.

Τοξα τ' ευλο | γησω. Hec. 463.

Dim. Catalect. Hepthemimer. (Euripidius, Lecythius, Glyconius.)

Ωλενασι | ματερος Eur. Ph. 317.

Καδμος εμολε | τανδε γαν. Ib. 651.

Trim. Brachycatalect. (Sapphicus.)

Οι δε προς θορο | νυς εσω μο | λοντες. Eur. Or. 1418.

Tetram. Catalect. (Archilochius, Epicharmius, Hipponactius.)

Πυ 'ςιν υτος | ὃς πεφευγε | τεμων εκ δο | μων ξιφος. Eur. Or. 1537. purus.

Αλλα μετα βυ | λευσομεσθα | τουτο δ' ου κα | λως λεγεις. Ib. 1557.

Pentam. Catalect. (Callimachius.)

Ερχεται πο | λυς μεν Αιγαι | ον διατμηξ | ας απ' οι-νη | ρας χιυ. Hephæſt. pag. 19.

SECT. VI.

De Ionico A Majore.

Carmen Ionicum ex ſolis Ionicis rariſſime conſtat; ſed Trochaicas Dipodias ſibi adjungit; nullis ſedibus ſervatis.

Monom. Hypercatalect. ſive Penthemimer.

Πτωσσουσι μυ | χων. Eur. Hec. 1064.

Dim. Brachycatalect. (Hipponactius.)

Και σωφρονα | πωλοις. Eur. Ph. 184.

Dim. Catalect. ſive Hepthemimer.

Η Παλλαδος | εν πολει. Hec. 464.

Dim. Acatalect.

Δαφνα θ' ιε | ρυς προσισχε. Hec. 457.

Dim. Hypercatalect.

Νυν δ' ουτος α | νειται στυγε | ρω. Soph. Aj. 1232.

Trim. Brachycatalect. (Praxilleus.)

Ουδας θανα | τυ στρυφνον α | ηδεις. *Scal.* purus.

Trim. Catalect.

Αιει κατε | χων αννηξε | μεν ξιφυς. Eur. Ph. 343.

Trim. Acatalect. (Æolicus.)

Κρησσαι νυ πο | θ' ωδ' εμμελε | ως ποδεσσιν

Ωρχευνθ' ἁπα | λοις αμφ' ερο | εντα βωμον. Hephæſt.

Trim. Hypercatalect.

Ματερ περι | νων χαιρε με | λων Καλλιο | πη. Scal.

Hi ſunt puri, ſive legitimi Ionici ; impuri vero tot ſibi vindicant licentias, ut hos omnes admittant pedes,

Anapæſtum & Pyrrichium, ſoluta prima.

Dactylum & Pyrrichium, ſoluta ſecunda.

Moloſſum, contractis brevibus.

Pæona ſecundum.

Tribrachyn & Pyrrichium, ſoluta ſecunda Pæonis.

Et inde, prout duas breves vel primas vel medias, vel finales contraxeris, Pæonas omnes.

Tribrachyn & Trochæum, ſoluta prima Ditrochæi.

Trochæum & Tribrachyn, ſoluta tertia.

Ditribrachyn, ſolutis omnibus.

Et Ionici κατ' αντιπαθειαν, ſive Epionici, junguntur Iambicis, Dipodiis, & Choriambis, & Epitritis omnibus.

S E C T. VII.

De Ionico A Minore.

Ionicus minor, purus, pro Ditrochaeo, Dijambo gaudet.

Monom. Hypercatalect. ſive Penthemimer.

Εραστω δευ | ρο. Scal.

Dim. Brachycatalect.

Επι πανδ' εσσ | υθεις. Hec. 1085.

Dim. Catalect. ſive Hepthemimer. (Timocratius.)

Ελατας αχρ | οκομοις. Ph. 1540.

Dim. Acatalect. (Anacreonticus.)

Μελεα παιδ | ος εν οικοις. Eur. Supp. 972. purus.

Dim. Hypercatalect.

Θανατυ συ | αναμνησθητ | ι. Scal.

Trim. Brachycatalect.

Κυπρι ματερ | μελερων φροντ | ιδων. Scal.

Trim. Catalect. (Anacreonticus.)

Χει μοι νεκτ | αρ ανυδρον | μελιρον. Scal.

Trim. Acatalect. (Sapphicus.)

Γλυκυφόρμιγγ | ες υμνοι Λεσβ | ιδος αυρας, Ibid.

Trim. Hypercatalect.

Παρια φειδ | εο δεσποιν | α γεροντευ. Ibid.

Tetram. Brachycatalectus.

Τι λεγεις θυμε | ε; εγω γ' ευρ | εν αλιτρον θεος, Ibid.

Tetram. Catalect. (Phalæcius.)

Θεραπευων | φυγας αυλαν | φυγας εςι | δεκακις, Ibid.

Tetram. Acatalect. (Alcmanius.)

Κακοδαιμων | κακοπραγμων | κακοπαιγμων | κακοπειςμων. ibid.

Hi ſunt puri, ſive legitimi; impuri vero fere omnes eoſdem pedes, quos impuri Ionici a majore recipiunt; ut & Epionici Ditrochæos. Obſervemus modò majori Jonico Moloſſum in fine, vel in paribus locis; minori intra initia, vel in imparibus locis, poni; & Jonicos a majore rariſſime in Jonico pede terminari.

N. Cum metra, non numero, ſed temporum ſpatio, examinanda ſint: Dipodiæ ſuperioris, ſi imminuta ſit, tempora ex ſubditis compleantur; ut quando Pæon tertius adhibetur, & poſt ultimam brevem ſequitur Ditrochæus Heptaſemus, ſive Epitritus ſecundus. Hujus modi autem inter ſe *συζυγιας* paſſionem, ſive communionem Muſici *ανακλασιν* vocant; & metra, ſi qua forte advenerint talia, *ανακλωμενα* appellant. Metrum autem dicitur *ανακλωμενον*, quia in eo ſæpe deficiens tempus in pede aliquo *reflectitur*, & compenſatur in ſequente pede.

S E C T. VIII.

De Choriambico.

Carmen Choriambicum principaliter conſtat Choriambo, a quo nomen ſumpſit; deſinens proprie in Dactylum, vel Creticum; & interdum, priore Trochæi ſyllaba in duas breves ſoluta, Tribrachyn admittit, raro autem Moloſſum.

Monometer.

Digitized by Google

Ω μοι εγω. Eur. Hec. 1055

Monom. Hypercataleƈt. ſive Penthemimer.

Τᾶνδε γυναικ | ων. Hec. 1071.

Dim. Brachycataleƈt. (Alcmanius.)

Αλιος αυγ | αζει. Hec. 635.

Dim. Cataleƈt. ſive Hepthemimer.

Πορθμὸν αἶξ | ω ταλας. Hec. 1113.

Dim. Acataleƈt. (Anacreonticus.)

Αμφι κλαδοις | εζομενα. Ph. 1541.

Dim. Hypercataleƈt.

Οφελε προτερον | αιθερα δῦν | αι. Soph. Aj. 1211.

Trim. Brachycataleƈt.

Πολιον αφανὲς | αιθερος εισ | ωλον. Eur. Ph. 1569.

Trim. Cataleƈt.

Ουδε λεόντ | ων σθενος ὐδ | ε τροφαι. Hephæſt.

Tetram. Cataleƈt.

Φοιβε πατερ | χαιρε διδυ | αγλαοφων | ον Βιον. Scal.

Hi ſunt puri; impuri vero ſive mixti admittunt fere omnes pedes, ut Ditrochæum, Pæona primum, Epitritum tertium, alioſque tum Pæonas, tum Epitritos; &, κατα αντιπαθειαν, Dijambum, & Antiſpaſtum, ut ſicut Epionici, ſint etiam Epichoriambici: qui non ſine venuſtate deſinunt in Amphibrachyn, & Bacchium.

SECT. IX.

De Antiſpaſtico.

CArmen Antiſpaſticum purum ex ſolis Antiſpaſtis, & Jambis conſtat; deſinens, ſi non ſit verſus Acatalectus, in illorum pedum portiunculas; & legitimi quidem verſus non reſpuunt Epitritos, primum, tertium, & quartum.

Monom. Hypercataleƈt. Penthemimer. Dochmaicus.

Ιδυ πειθο | μαι. Eur. Or. 144.

Dim. Brachycataleƈt.

Εις αυλον εμπ | εσων Hec. 1024.

Dim. Cataleƈt. Hepthemimer. Pherecratius.

Ταλάιν' ως ε | λελιζω. Ph. 1538.

Dim. Acataleƈt. Glyconius.

Τει

Γερωιον πο | δα δεμνιοις. Ph. 1563. purus.

Dim. Hypercatalect. (Sapphicus, Hipponacteus.)

Λερναια πε | δωσειν Τεμων | αι Ph. 196.

Trim. Brachycatalect. (Praxillius.)

Εωοισιν | ὁμοια φλε | γεθων. Ph. 173.

Trim. Catalect. ſive, Hendecaſyllabus. (Phalæcius, Anacreonticus, Sapphicus) perfectiſſimus.

Χαιρ' ω χρυσο | κερως βαβακτ | α Γαλλων. Hephæſt.

Trim. Acatalect. (Alcaicus, Alcmanius, Aſclepiadeus.)

Λαβων τω ξι | φεος χρυσο | δεταν εχων. Hephæſt.

Tetram. Brachycatalect. (Alcaicus.)

Φερω δ' ιο | γενεσιν Δι | θυμοις ἀσμα | φιλον. Scal.

Tetram. Catalect.

Αυτον λυ | ρων δεχν | τελχαρπεε | Πελωπε. Scal. Hephæſt.

Tetram. Acatalect. (Sapphicus, Alcaicus, Alcmanius.)

Αλκμανος γλυ | κεσιν Μοισα | μελος βαπτε | δροσοισι σοις. Ib.

Tetram. Hypercatalect. (Simmiacus.)

Τον στυγνον Με | λανιππε φο | νον αἰ πατρο | φονων εελθ | οι. Ibid.

Impuri vero, Ditrochæis etiam, Choriambis, Epitrito ſecundo, Pæonibus, & Jonicis κατ' αντιπαθειαν conjuncti ſunt. Qui & omnes longarum ſolutiones admittunt.

N. Antiſpaſticum Pindaricum ſequuntur Trochæi, ut in Phalæciis Jambi.

Vel Pæone vel Ditrochæo rarius utitur Euripides: ſed Antiſpaſtum vel Epitritum quartum fere ſemper in prima ſede locat; Jonicos rariſſime ſubjungens vel Pæonas.

S E C T. X.

De Pæonico.

CArminis Pæonici hæc univerſa erit lex, ut *quælibet dimenſio quinque conſtet temporibus*: ne vero exinde colligatur, omnes pedes quinque temporum poſſe recipi: Palimbacchius enim, & ejus peculiaris ſolutio, i. e. Pæon tertius, rariſſime vel apud Comicos, legibus ſolutiores, reperietur. Hos igitur admittit pedes,

Creticum,
Bacchium,
Pæona primum, ſoluta ultima Cretici.
—— quartum, ſoluta prima ejuſdem.
—— ſecundum, ſoluta ultima Bacchii.
Tribrachyn, & Pyrrichium, ſolutis ambabus Cretici.

Hi ſoli carmen Pæonicum conſtituunt, & quacumque demum ſede locentur, legitimum Pæonicum agnoſcemus. Sin alicui & peregrini ſe ſe ingeſſerint pedes, niſi ob ultimam ſyllabam communem, verſus ſpurius eſt & exſibilandus.

N. Antiqui Pæonas omnium ſedium fecere poſſeſſores præterquam ultimæ, cui Creticum peculiarem aſſignarunt. Scal.

Elegantiſſimus eſt verſus, cum per ſingulos pedes pars orationis impletur. Diomed.

Dim. Brachycatalect.

Τινι μορφ | θνησκεις. Eur. Hec. 693.

Ετερα δ' εφ' ε | τερων. Ib. 686.

Dim. Catalect.

Χαλκοδετα | τ' εμβολα. Ph. 115.

Dim. Acatalect.

Λακαινα πο | λυδακρυτος. Hec. 1108.

Μεταφερων | ιθυνει. Ib. 655.

Dim. Hypercatalect.

Θεων Νεμε | σις εις Ελε | ναν. Or. 1367.

Trim. Brachycatalect.

Ορεγε νῦν | ορεγε γηρ | αιαν. Ph. 103.

Trim. Catalect.

Βαλοιμι χρο | νῳ φυγαδα | μελεον. Ph. 171.

Trim. Acatalect.

Θανασιμον | προς Αΐδαν | ω ταλας. Hec. 1031.

Tetram. Brachycatalect.

Θυμελικαν | οθι μακαρ | φιλοφρονως | εριν. Hephæſt.

Tetram. Acatalect. (Ariſtophanius, Simmiacus.)

Ματερ ω | ποτνια κλ | ῦθι Νυμφ | αν αβραν. Simm.

Pentameter Acatalect. (Theopompius.)

Παντ' αγαθα | δη γεγονεν | ανδρασιν ε | μης απο
συν | ουσιας. Heph.

Sa-

S E C T. XI.

PÆne infinita verſuum genera Græcorum ſollertia excogitavit, ex quibus licitum eſt Poetæ, quem velit numerum, quod velit genus, pro lubitu uſurpare. Ubicumque vero pedes alieni conjunguntur dicitur *κατ' αντιπαθειαν μιξις*, ſive *per diſcordiam mixtura*. E. G. Ex conjunctione Jambicæ Syzygiæ, vel Antiſpaſti cum Choriambis, efficies Choriambicum impurum, ſive *Epichoriambicum*; ſic & Jonici *a majore* Jambicæ Syzygiæ (ut Jonici *a minore* Ditrochæo) Choriambo, Epitritis, & Pæoni ſecundo, conjuncti ſunt impure, & proprie dicti *Epionici*; unde etiam,

I. P R O S O D I A C U S.

Sc. Choriambi cum Jonicis, vel Pæonibus pro Jonicis, mixtura; ſolutione longarum admiſſa.

Dim. Acatalect.

Κρυπταν βασιν | *αισθανεται*. Hec. 1070.

Dim. Hypercatalect. (Phaliſcus.)

Μολπαν δ' απο | *κ̓ χαροποι* | *ᾶν*. Hec. 916.

Trim. Hypercatalect.

Υδασι δυλ | *ειαν περι* | *βαλων*. Eur. Ph. 198.

Ευιππον Α | *ρεῖ κατοχον* | *γενος*. Hec. 1094.

Trim. Catalect.

Λαϊνεοις | *Αμφιονος* | *οργανοις*. Ph. 116.

Trim. Hypercatalect.

Μεγαλα δε | *τις δυναμις* | *δι' αλοσο* | *μων*. Or. 1582.

Ubicumque vero bini verſiculi alienæ indolis ita connectuntur, ut unum conſtituant, & novum quoddam conficiant genus, verſus ille dicitur

II. A S Y N A R T E T U S,

Sive *inconnectibilis*. Hujuſmodi varia ſunt genera: primum autem locum ſibi vindicat

PERIODICUS.

Qui fit, cum Jambicam Syzygiam Trochaica ſequitur; vel vice verſa.

Dim. Catalect.

Τις Ελλας η | βαρβαρος. Ph. 1532.

Dim. Acatalect.

Επαισ' επαισ | εν μελαθρα. Eur. Or. 1583.

Dim. Hypercatalect.

Πυ με ταν με || λεαν πορευ || σεις. Hec. 445.

Trim. Acatalect.

Λαθα δε ποτμ || ω συν ευδαι || μονι γενοιτ' αν. Pind. Ol. 2. 34.

Innumeri ſunt alii, ασυναρτητοι, ſive συνθετοι dicti. Paucos accipe,

A Dactylis incipientes.

Ελθ' επι | καρον. ε || μοις φιλοισι | παντως. Or. 1305.

Ab Anapæſtis.

Επιδαμνιος ως || πεσοιμ' ες ευν | αν. Eur. Hec. 926.

Ab Jambis.

Μακρων πονων | ορισ. Soph. Aj. 895.

A Trochæis.

Αιθερ' αμπτα || μενος ουρανιον. Eur. Hec. 1107.

Verſus, quorum pedes omnino ſunt irregulares, ut puta, Choriambus, cum Ditrochæo, Antiſpaſto, aut Bacchio; vel Epitritus primus cum Choriambo; vel Jambicus cum Spondæo aut Dactylo in paribus locis, dicti ſunt

III. POLYSCHEMATISTI.

Dim. Catalect.

Δυρατερ τ' η | εφ' ιππω. Hephæſt.

Dim. Acatalect.

Μεγα δε μη γε | γαθε πολις. Ibid.

Trim. Acatalect.

Οιδιποδα | βροτων ουδε | να μακαριζω. Soph. Oed. 1218.

Tetram. Catalect.

Παντα φορητ | α παντα πολμ | ητα τωδε | τω χορω. Heph.

CAP.

CAP. IV.

De Carminum formis in cantu Chorico.

CHoricus Cantus eſt illa Chori pars, quæ veterem Tragœdiam (*fere*) in quinque actus diſtinguit: & in omni perfecta Tragœdia ſunt quatuor Cantus; quorum primus vocatur *Parodus*; reliqui tres *Staſimon* (*melos*.) Hi autem ex variis carminum generibus formantur; quæ appellantur.

Systematica,

I. E. quæ vario carminum genere in unum congeſta conſtant; & hæc porro, ſecundum Hephæſtionem, ſex generum ſunt:

I. Κατα σχεσιν, *ſecundum convenientiam.*
II. Απολελυμενα, *ſoluta.*
III. Ατακτα, *inordinata.*
IV. Εξ ὁμοιων, *ex ſimilibus.*
V. Μικτα, *mixta.*
VI. Κοινα, *communia.*

I. Κατα σχεσιν, ſunt, quæ inter se reſpondent; & hæc rurſum ſex generum,

1. Monoſtrophica.
2. Epodica.
3. Κατα περικοπην ανομοιομερη, *poſt Pericopen partibus diſſimilibus conſtantia.*
4. Antithetica.
5. Mixta.
6. Communia, *κατα σχεσιν.*

1. Monoſtrophica ſunt, quæ una Stropha conſtant, qualia Anacreontis, & Alcæi carmina. — Eur. Hec. 1022.
2. Epodica ſunt, quæ ſimilibus Syſtematibus diſſimile Adjunctum habent. Eur. Hec. 627.

Antiqui Deorum laudes, carminibus comprehenſas, circum aras eorum euntes, canebant; cujus primum ambitum, quem ingrediebantur ex parte dextra *Strophen* vocabant: reverſionem autem ſiniſtrorſum factam, completo primo orbe, *Antiſtrophen* appellabant. Deinde in conſpectu Deorum ſoliti conſiſtere, Cantici reliqua con-

Digitized by Google

ſequebantur, appellantes id *Epodon*. Ita ut omnis Strophe, & Antiſtrophe totidem habeant ſyllabas, (vel ſaltem eadem reſervent tempora) in proxima periodo, quæ ſubjicitur priori; ut ſit aut *ἰσόμετρος*, aut *ἰσόχρονος*, quolibet metro ſeu Rhythmo ſubſiſtens. Epodos vero formatur ad libitum.

N. Si Adjunctum in fine ponatur, vocantur *Epodica*; ſi in principio, *Proodica*; Soph. Aj. 877.) Si in medio, *Meſodica*. (Soph. An. 100.) Et *Epodica* quidem ſunt fere Pindarica omnia, ternario numero conſtantia; verumtamen nihil prohibet quinario (Eur. Hec. 904.) & ſeptenario uti. (Æſc. Ag. 375.)

3. Κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερῆ, ſive, Περικόμματα ſunt, quæ poſt variorum Syſtematum congeriem, ſive *Pericopen*, aliam priori per totum reſpondentem ſubjectam habent:

Sic ut in alterutra quidem congerie ſint inter se ſyſtemata diſſimilia; verum utraque ſimilibus conſtent partibus. (Eur. Or. 125. & Sophocl. Aj. 901.) Hujus generis in *Euripide* multa ſunt; in *Sophocle*, permulta; nullum in *Æſchylo*.

Antithetica ſunt, quæ in vario carminis genere, primum ultimo, ſecundum penultimo, ac reliquum ſimiliter inter se reſpondens habent. Cujus generis eſt *Ovum Simmiæ*.

5. Mixta κατὰ σχέσιν, quæ partim Epodica ſunt, partim Monoſtrophica.

6. Communia κατὰ σχέσιν, hoc quidem modo diſpoſita, verbi gratia, ſunt Epodica; illo vero Monoſtrophica.

II. Ἀπολελυμένα ſunt, quæ certum carminis genus nullum habent. Et rurſum ſunt,

1. Ἄστροφα.
2. Ἀνομοιόστροφα.
3. Ἄτμητα.

1. Ἄστροφα ſunt, quæ tam paucos habent verſus, ut Strophen complere non poſſe videantur.

2. Ἀνομοιόστροφα ſunt, quæ aliquibus interjectis interrumpuntur. (Eur. Or. 1366.) ea, ſi duo ſunt, vocantur

Ἑτερόστροφα. Soph. Aj. 201.

Si plura,

Ἀλλοιόστροφα. Eur. Hec. 685. Quod quidem genus ſolus de Tragicis uſurpat Euripides.

2. Ἀτ-

2. Ατμητα, quæ ut ſecari poſſe videntur, ita nullum ſecandi dant ſignum.

III. Αταкτα, quæ nullam habent inter ſe ſimilitudinem: qualis fertur Homeri *Margites* fuiſſe; & tales in Euripide Chori, Iphig. T. 1234. Hec. 1055.

IV. Εξ ὁμοιων, quæ pedum quidem ſunt eorumdem, certum autem numerum non habent, quales Anapæſti. Et ea ſunt

1. Απεριορισα.
2. Κατα περιορισμους ανισους.

1. Απεριορισα, quæ ad finem uſque ſunt inter ſe ſimilia:
2. Κατα περιορισμους ανισους, quibus aliquid nonnunquam brevius interjicitur. Eur. Hec. 59.

V. Μικτα Syſtematica ſunt, partim κατα σχεσιν, partim ex ſimilibus.

Κοινα Syſtematica, quæ hoc quidem modo diſpoſita, verbi gratiâ, ſunt e ſimilibus; illo autem κατα σχεσιν.

CAP. V.

De Quantitate Syllabarum.

Quantitas ancipitum in prioribus ſyllabis vocalium octo modis cognoſcitur;

I. Poſitione.
II. Vocali ante vocalem.
III. Contractione.
IV. Dialecto.
V. Derivatione.
VI. Compoſitione.
VII. Incremento.
VIII. Uſu, ſeu Auctoritate.

I. Positio.

Vocalis brevis ante duas conſonantes, aut duplicem, vel in eadem dictione, vel in diverſis, fere ſemper longa eſt.

Πολλ-ας δ' ιφθ-ιμους ψυχας αϊδι προϊα-ψεν. Il. α. 3.

Fi-

Finalis vero brevis ante initialem duplicem, vel duas ſimplices, aliquando corripitur,

Οιτὶ Ζακυνθον εχον — Iliad. β. 634.

II. Vocalis ante Vocalem.

Vocalis ante aliam corripitur, ſed non neceſſario, ut apud Latinos, ſi vocalis ſit anceps,

—— Πολυᾶϊκος πολεμοιο. Il. α. 165.

Vocales longæ, & diphthongi, breves eſſe poſſunt pro arbitrio, modo ſubſequens dictio a vocali, aut diphthongo incipiat.

Ωρῃ εν εαρινῃ, ὁτε — Il. β. 471.

Ημετερῳ ενι οικῳ, εν Αργεϊ. Il. α. 30.

III. Contractio.

Omnis ſyllaba ex contractione, ſive per Craſin, facta longa eſt:

Αυταρ ὁ αυλᾶ πῶμα φαρετρης. Il. δ. 116.

Et in diverſis,

Ως τε διὰ τετων τ᾽ ἀγαθ᾽ ανθρωπες εχειν. Eurip.

IV. Dialecto.

A Doricum, natum ex η, longum eſt,

Εντοσθεν δε γυνᾶ — Theocr. ι. 32.

A Æolicum breve eſt,

Δευρ᾽ ιθι, νυμφᾶ φιλη — Il. γ. 130.

Producitur autem incrementum genitivorum;

Μεσᾶων θ᾽, αἱ αειδον — Il. α. 604.

Tertia perſona pluralis aoriſti primi brevis eſt in ετυψᾶσα pro ετυψαν. Æol. & Poet.

A Ionicum breve eſt in penultimis præteritorum; ut γεγᾶα, γεγᾶως.

—— ον ελειπε νεον γεγᾶωτ᾽ ενι οικω. Odyſſ. δ. 112.

Et in tertiis perſonis pluralibus paſſivis,

Οι δη νῦν εᾶται — Il. γ. 134.

—— πολλοὶ δεδμηᾶτο κῦροι. Ib. 183.

Et in Aoriſto primo,

—— δειγῳ δε οἱ οσσε φᾶανθεν. Il. α. 200.

Item, in ſecunda aoriſti primi,

—— χρυσεον δ᾽ εζευξᾶσ διφρον. Call. 3. 110.

At-

Atqui α Jonicum verbis in αω interpoſitum longa ſyllaba præcedente, producitur,

Ειπερ γαρ θυμῳ γε μενοινᾱα πολεμιζειν. Il. τ. 164.

Uti etiam in tertiis perſonis verborum in μι, ut τιθεᾱσι,

——και μειζονες αλλοι εᾱσι. Il. γ. 168.

V. Derivatio.

Derivativa eamdem cum primitivis quantitatem plerumque ſortiuntur;

Η μαν αυτ' αγρῃ νῑκᾱς — Il. β. 370.

——κεχαρηοτε, νῑκη. Il. η. 312.

Diximus *plerumque*, quia non pauca a primitivis diſcedunt, ut μᾰνικος, à μανια — vel potius à μαινομαι, ut μαινολης; vel geminetur liquida.

—— πρᾱγος, ab επρᾱγον. — rectius a πεπρᾱγα (Vid. Cler. ad Il. β. 314.

—— νῑφας, νῑφετος, νῑφοεις, a νῑφω. — potius ab aor. ſecundo ενιφον. Sic

—— πνῑγοεις, a πνῑγος, vel πνῑγω. Sed rectius ab aoriſto 2. επνῑγον.

A longa eſt ante μα in verbalibus deductis a prima perſona præteriti perf. ut, ορᾱμα, δρᾱμα, φυρᾱμα, &c. (Vid. infra in *Uſus, ſive Auctoritas.*)

VI. Compositio.

Compoſita etiam ſimplicium quantitatem (*fere*) ſequuntur.

—— εκ δε Διος τῑμη και κυδος οπηδει. Il. ρ. 251.

Ενθαδ' ατῑμος εων — Il. α. 171.

Diximus *fere*, quia in aliquot compoſitis id non obtinet, ſic, τιτᾰνοκτονος corripitur, licet a gen. τιτᾱνος dimanet. — Sed hoc fortaſſe proprii nominis privilegium poſcit.

—— Ασπῐλος, α σπῑλος — Epigr. lib. 1.

Sed σπῐλος correptum legitur Lycoph. 188. ut σπῑλας? Odyſſ. ε. 405.

Privativa particula α in compoſitione plerumque corripitur.

Θερσιτης δ' ετι μῠνος ᾰμετροεπης εκολῳα.

N. In quibuſdam vocibus, pluſquam triſyllabis aliquando produci, ut in αθανατος (Il. β. 306.) ακαματος (Il. ρ. 13.)

φ. 13.) & ſimilibus. Atque hæc licentia vel in pueris ferenda eſt; ſicuti etiam in vocibus, *αλληκτος*, *αλεφος*, & ſimilibus, quæ, *certe apud Homerum* in huiuſmodi vocabulorum ſyllabis *non mediis*, producta leguntur, propter liquidam in enunciando duplicatam.

Particulæ etiam *δα*, *ζα*, *αρι*, *ερι*, *δυς*, in compoſitione repertæ corripiuntur.

—— *Δρακων επι νῶτα δἄφοινός*. Il. β. 308.
Κιλλαν τε ζἄθεην —— Il. α. 38.
—— *Κοων ἄριδεικετος ανδρων*. Il. λ. 243.
—— *Θεῶν ερἴκυδεα δῶρα*. Il. γ. 65.
—— *εξ ανεμοιο δῦσαέος ορνυμενοιο*. Il. ο. 865.

Sic in nominibus, aliiſque orationis partibus, quæ compoſitionem ineunt, ut *αγχῐνοος*, *αρτιθαλης*, *ηδυμελης*, &c.

Παν initiale in compoſitis ante vocalem corripitur,
Αυτὰρ εγὼ πανάποτμος — Il. ω. 493.
—— *Αρισηες πᾰναχαιων*. Il. ν. 73.

Sic *ἄπαν*, *προπαν*, *παμπαν*, &c.

Item, *ὗς*, *σῦς*, & *πυρ* in compoſitione corripiuntur.
Τεσσαρες, ὡς εὗρε ψε σῦβωτης. Odyſſ. ξ. 22.
—— *δῖος ὑφορβος*. Ib. 48.
Ηνορεης σκηπτουχε, πῦραυγέα κυκλον ελισσων. Hom. VII. 6.

VII. Incrementum.

1. *Nominum*.

Ancipitum quantitas in ultima vocis rectæ manet plerumque in penultima vocis variatæ; ut *γιγᾱς*, *γιγᾰσι*, — *τυψᾱς*, *τυψᾰσι*, *αψῑς*, *αψῖσι*, — *φορκῦν*; *φορκῦνος*, — *ζευγνῦς*, *ζευγνῦσι*.

Incrementum quintæ declinationis breve eſt in neutris in *α*, *ας*, *αρ*.
—— *ψυχη δ' επι σωμᾰτος εστη*. Il. β. 207.
Εδρῃ τε κρεᾰσιν τε — Il. θ. 162.
—— *και νεκταρός εστιν απορρωξ*. Od. ι. 359.

In maſculinis, & femininis in *ας*,
Παλλᾰδ' Αθηναιην — Il. α. 200.
—— *κῆρες* — *μελᾰνος θανατοιο*. Il. β. 834.

Et nominibus plerumque in ξ & ψ.

Ὀλβίςων Ἀράβων — Dionyſ. 927.

—— τὰς αὐλακας ἐκ ἀποτρωγεις. Theocr. 10. 6.

Excipias ῥαξ, θώραξ, cum compoſitis, ἱραξ, κνώδαξ, κορδαξ, οιαξ, Φαιαξ, φεναξ, & Λαβραξ.

Item, in maſculinis, & femininis in αρ, & λς.

—— ἀνδρὸς μακᾶρος κατ᾽ αρυραν. Il. λ. 68.

—— βαθεινς ἐξ ἅλὸς ἐλθων. Il. ν. 44.

Excipe ψὰρ, & κάρ.

Genitivus in ανος producitur, præter τάλᾶνος & μέλᾶνος,

Ὦ Τιτᾶνας ἐπεφνὲς — Hom. B. 274.

—— ἐνεργεα Πᾶνὸς ακνειν. Epigr. l. 4.

In dativis pluralibus nominum, quorum penultima in genitivo ſingulari eſt longa, α producitur, ut in Γιγᾶσι, πᾶσι, τυψᾶσι, &c. Sed in iis, quæ ſyncopen patiuntur, α corripitur, ut in ανδρᾶσι, πατρᾶσι, μητρᾶσι.

Ανδρασι πανροτεροισι — Il. β. 12.

Ι, breve eſt in nominibus neutrius generis, ut μελι, μελῐτος — (Il. α. 249.)

Et in maſculinis, & femininis, in ιος, ιδος, & ιτος.

Νῦν δ᾽ ἐκαθεν πολῐος — Il. ι. 791.

—— μεμαυ᾽ ερῐδος και αὐτης. Il. ι. 732.

—— χαρῐτων μιαν ὁπλοτεραων. Il. ξ. 267.

Excipias αψὶς, βαβλὶς, καελὶς, κηλὶς, κλῆϊς, κνημὶς, κρηπὶς, νεβρὶς, νησὶς, σφραγὶς, cum compoſitis, item, βατραχὶς, κανονὶς, πλοκαμὶς, ραφανὶς, σισαμὶς, & ſi quæ aliæ ſunt triſyllabæ, quæ duas priores corripiunt.

Producitur autem in maſculinis, & femininis Dicatalectis (i. e. quæ habent duas terminationes in recto) ut

Δελφῖνας τε κυνας τε — Odyſ. μ. 97.

—— επιδερκεται ακτῖνεσσιν. Odyſ. λ. 16.

Et in monoſyllabis; præter τις, & Δὶς, Διὸς,

Ἶνα ταμη δια πᾶσαν — Il. ρ. 522.

—— Εαυω λῖτι καλυψαν. Il. σ. 352.

Ρῖνα παρ᾽ οφθαλμον — Il. ε. 291.

Item in nominibus in ις, ιθος, in ιψ, ιπος, & ιξ, ιγος, vel ικος.

Ορνῖθος μεν αμαρτε — Il. ψ. 865.

Φραξε δε μιν ρῖπεσσι — Odyſ. ε. 255.

Εσθλοι τεττῖγεσσιν ἐοικοτες — Il. γ. 151.

Sed in ιψ, ιβος, & ιξ, ιχος, fere corripitur.

Χερνῐβα δ᾽ αμφιπολος — Odyſ. α. 136.

——Κεφαλῆς τρῐχας ἐν πυρὶ βαλλων. Odyſ. γ. 446.

Υ breve eſt in monoſyllabis in υς, υος.

Η δρῦ-

Η δρῦος, ἢ πευκης — Il. ψ. 328. Et neutris in υ.
—— δευοντο δε δακρυσι κολποι. Il. ι. 566.

Item in maſculinis, & femininis in υς, & υρ.

Στας προσθεν νεκῦος — Il. η. 321.
Τω δ' αυτω μαρτῦρες εσων. Il. α. 338.

Si quæratur, qui factum ſit, ut μαρτῦροι, & μαρτῦρες ſecundam corripiant, cum in μαρτῦρομαι ſemper producatur, hoc fieri ex Analogia generali monet Clarkius; ſcilicet ex futuro μαρτῦρεμαι: unde etiam verbum μαρτῦρεω; quod in omnibus ubique temporibus corripitur. (Vide inf. *Increment. Verborum*.)

Excipe δαγυς, ῦδος, & Κωμυς, υθος.

Nomina etiam in ξ, & ψ, *fere* habent breve incrementum.

Νεβρον εχοντ' ονῦχεσσι — Il. θ. v. 248.
Ναιουσιν Χαλῦβες στυφελην και απηνεα γαιαν. Dionyſ. 768.

Excipias δοιδυξ, κοκκυξ, κηρυξ, γρυψ, & γυψ.

Γρῦπας φυλαξαι. Æſch. Pr. 803.
—— τερενα χροα γῦπες εδονται. Il. δ. 237.

Producuntur autem nomina Dicatalecta in υς, & υν.

Φορκῦνος θυγατηρ — Odyſ. α. 72.
—— Γορτῦνα τε τειχιοεσσαν. Il. β 642.

2. Incrementum Verborum.

Quantitas penultimæ manet in præſenti, & imperfecto per omnes voces, & modos; ut κεῖρω, εκεῖρον, κεῖρε, κεῖνοιμι, κεῖρω, κεῖρειν, κεῖρων. Κεῖρομαι, εκεῖρομην, κεῖρε, &c.

Manet itidem quantitas in temporibus cognatis ejuſdem, & alterius vocis, ut ετῦπον, τῦπω, ετῦπην, τῦπησομαι, τετῦπα, ετετῦπειν. — κεῖρω, κεκεῖκα, κεκεῖμαι, εκεῖθην, κεῖθησομαι.

Quantitas futurorum, & aoriſtorum, ex verborum formatione ſatis conſtat.

Nonnulli tamen obſervant aoriſtum primum in quarta conjugatione penultimas α, ι, υ, breves habere, cum ſint breves in futuro.

Ουρην μεν πρωτ' επλᾰσ' εφ' ὑδασιν — Hom. B. 73.
—— εκλυσε δινα. Theocr. ι. 140.
—— και εφρασε θεσπιν αοιδην. Hom. M. 441.
—— και ακοντισε δουρὶ φαεινῷ. Iliad. δ. 496.

Fit

Fit idem in quibuſdam verbis in αω, niſi ρ, vel vocalis præcedat α: tunc enim penultima & in aoriſto, & in futuro ſemper producitur.

—— γελᾶσαν δ' επι παντες Αχαιοί. Il. ψ. 890.
Ex χειρὸς χεῖρα σπᾶσεν Αντινοοιο. Odyſ. β. 321.
Μιαν με μεῖναι τηνδ' εᾶσον ἡμεραν. Eur. M. 340.
Κνημην τε διεπερᾶσεν Αργειον δορυ. Ib. Ph. 1402.

Anceps penultima aoriſti primi ſemper producitur in verbis quintæ:

Τρωας δ' εκλιναν Δαναοι — Il. ε. 37.
Αυταρ επει πλῦναν τε — Odyſ. ζ. 93.

Et in iis, quæ penultimam in futuro producunt:

Πραγμ' εκ εδρᾶσα — Soph. An. 245.
—— οτ' αρισον Αχαιων ουδὲν ετῖσας. Il. α. 244.
Ος τοι γυνατ' ελῦσα — Il. χ. 335.
—— ελῦσατο κεςὸν ιμαντα. Il. ξ. 114.

In aliis vero breviatur, niſi addatur σ alterum.

—— χαι ευτ' επὶ νηυσιν ελασσας. Il. ω. 392.
—— εφρασσατο κηρυξ. Ib. 351.

Quod etiam fit nonnunquam in futuro:

—— οφρα τελεσσω. Il. α. 523.

Si anceps penultima ſit brevis in aoriſto primo, & futuro ſimul, aut ſaltem in futuro, brevis etiam erit in perfecto activo, & temporibus inde deductis; ſi longa, longa: πεπλεκα, εκτικα, ηνυκα (ab ανυτω) — τετῖκα, τετῖμαι, πεφῦκα. Quod ſi in futuro fuerit longa poſitu tantum, erit in perfecto brevis; ut τετῦφα, γεγρᾶφα.

Anceps penultima in aoriſtis ſecundis omnium conjugationum brevis eſt, ετρᾶγον, ελῖπον, εφῦγον.

Præterita media ex uſu, vel lectione Poetarum diſcenda ſunt, quippe *non unam habent omnia formandi rationem*. Alia enim aoriſti ſecundi ſequuntur Analogiam, ut εφρᾶδον, πεφρᾶδα; alia autem vel ex aoriſto primo, vel ex præſenti retinent vel diphthongum, vel ſyllabam longam, vel vocalem longam, πεπρᾶγα (Ariſt. Pl. 633.) κεκρᾶγα, (Ar. Eq. 256.) κεκρῖγα, (Ib. Av. 1524.) τετρῖγα, (Il. β. 314.) ερρῖγα, (Il. ρ. 175.) βεβρῖθα, (Il. π. 384.) μεμῦκα, (Il. σ. 580.) &c.

Tertia perſona pluralis in ασι ſemper longa eſt:

Τεθνᾶσιν. τιμην δε λελογχᾶσ' ἶσα θεοῖσιν. Odyſ. λ. 303.

Sic & participium femininum in *ασα*,

Ανδρ' ολεσασα. Odyſ. *τ*. 265.

Verba in *ιω*, & *υω* producunt penultimam in futuro, & aoriſto primo.

Propria reduplicatio verborum in *μι* brevis eſt:

—— *Τεκνον* — *τυτο διδωμι*. Odyſ. *ο*. 125.

Impropria vero communis:

Αλλ' ανιεις — Il. *ε*. 880.

—— *εμε δ' υδ' ως θυμος ανιει*. Il. *ο*. 25.

A ſecundæ conjugationis ubique corripitur, extra tertiam perſonam pluralem indicativi, ſubjunctivum modum, & participia activæ vocis, *ισατον*, *ισατε*, *ισασαν*, *ισαθι*, &c. *ισαναι*, *ισαμαι*, *ισαμην*, &c. *εσαμαι*, *εσαμην*, *εσαθην*, *σταθησομαι*, *ισασο*, *σταθεις*, *ισαμενος*.

Υ quintæ conjugationis in polyſyllabis ubique corripitur, extra ſingularem activæ vocis, & tertiam pluralem, *ζευγνυμι*, *ζευγνυσι*.

In diſyllabis vero ubique producitur, *δυθι*, *δυναι*, *δυμεναι*, *δυτε*, *εδυτε*, *εδυσαν*, *εδυτην*, uti videre eſt exempla Il. *π*. 64. — *γ*. 322. — *ζ*. 185. — *σ*. 140. — Od. *ω*. 106. Il. *σ*. 145. — *κ*. 272.

VIII. Usus, sive Auctoritas.

A in ſuperlativo ſemper corripitur, Odyſ. *δ*. 441.

Verba in *ανω* penultimam ſemper breviant, excipe *ικανω*, & *κιχανω*. *Αυξανομαι* aliquando producitur:

Ηυξανομην ακυων. Ar. *ν*. 336. Et *φθανω* ſemper apud Homerum. Tragici vero Scriptores Attici corripiunt, ut etiam penultimam in *κιχανω*. Eurip. Alc. 477. & Hipp. 1444.

Verba in *αω* naturâ brevia ſunt, in præſenti, & imperfecto.

Nomina in *αων* producunt penultimam, ſive in obliquis incrementum breve ſit, ut *Μαχαων*, *Λυκαων*, *Οπαων*, &c. ſive longum, ut *Ποσειδαων*, *Ερμαων*, *Τυφαων*, &c. Excipiuntur, *Φαων*, *Γαβαων*, & ſi qua alia.

Neutra vero in *ανον* corripiuntur, ut *οργανον*, *ξοανον*, *δρεπανον*, &c.

A longum eſt, 1. in gentilibus & nominibus propriis in *ανος*, & *ανις*, ut *Γερμανος*, *Καρμανις*, *Βρετανις* apud Dionyſ. 606. Sed corripitur *Δαρδανις* — Ib. 1138.

2. In nominibus propriis, & lapidum in *ανης*, & *ανας*, ut

Ευ-

Ευλράτης, Αχάτης, Ασιάτις, &c. Excipe Γαλάτης, Δαλμάτης, Σαρμάτης. Item Αντιφάτης, Ευρυβάτης, cum paucis aliis.

3. In pleriſque nominibus propriis feminini generis in αϊς, ut Ναΐς, Λαΐς, Πτολεμαΐς, Αχαΐς, &c.

Maſculina vero, ut Καλαϊς, Ταναϊς, Θηβαϊς, & ſimilia penultimam corripiunt.

A producitur in numeralibus, ut τριάκοσιος, &c. Et in quibuſdam verbalibus in ασις, ασιμος, ατος, ατηρ, ατης, ατικος, ut κρᾶσις, ιάσιμος, θεᾶτος, ιάτηρ, θεάτης, πυράτικος, aliiſque ejuſdem cum iliis originis.

Corripitur autem in reliquis, ut δυνᾶσις, εργᾶσιμος, δυνᾶτος, ελᾶτηρ, εργᾶτης, γραμμᾶτικος, &c. Breve eſt etiam in patronymicis in αδης, ut Πηληϊαδης, &c.

Et in derivativis & verbalibus in αλεος, αλιος, ασιος, ut διψάλεος, ενάλιος, θαυμάσιος, &c. — Sic in αφος, ut φληνᾶφος a φληνὸς, εδᾶφος ab εδος, &c. In adverbiis in ακις, & ακι, ut πολλᾶκις, τοσσᾶκι.

Item, in diminutivis in αδιον, ακιον, αριον, ατιον, ut λοπᾶδιον, στρᾶκιον, δυλᾶριον, δορᾶτιον, &c.

Excipe θωρᾶκιον, οιᾶκιον, & ſi qua alia a primitivis productis derivantur; ut κοράσιον, &c.

N. Ανηρ, in recto commune; in obliquis autem, & in compoſitis producitur, ut, μεγᾶνωρ.

Verba in ιω variant penultimam, ut, κυλιω, τιω, &c. Sic etiam in ινω, ut τινω, φθινω, &c. quæ Homerus producit, Attici vero Scriptores Tragici corripiunt.

Nominum in ια, vel ιη, penultimam ſæpe correptam & non raro productam, legimus, ut,

Ηειπε δ' εν κονίη — Il. ε. 75.

—— μιανθησαν δε κονίη. Il. ψ. 732.

Patronymica, & alia fere omnia in ινη producuntur, ut Νηρΐνη, Ευηνΐνη, &c. Sic, δωτΐνη, αξΐνη, &c. Excipias ελατΐνη, & feminina adjectiva materialia, quæ orta ſunt a maſculinis in ινος, ut, μυρρΐνη, κεδρΐνη, &c.

Item nomina in ιτης & ιτις, ut Θερσΐτης, μεσΐτης, μαχαιρΐτης, πολΐτης, πολΐτις, νεφρΐτις, &c. præter verbalia quædam, ut κρΐτης, κτΐτης, & ſi qua alia.

I plerumque breve eſt, In diminutivis in ιον, & ιδιον; ut, χοιρΐον, χειρΐδιον, &c. Excipe, ιματΐδιον, αργυρΐδιον, & ſimilia, quæ craſi Attica efferuntur.

In adjectivis poſſeſſivis, & materialibus in ινος, ut αν-

 θρω-

θρωπῖνος, *λαϊνος*, &c. & in illis fere, quæ tempus ſignificant, ut,

Ωρῃ εν ειαρινῃ —— Il. *β*. 471. Sic *χειμαρινος*, *θερινος*, a *χειμα*, & *θερος*. At *οπωρινος* ab *οπωρη* *penultimam habere videtur ex iſta η partim contractam, atque exinde productam*, (Cler. in Il. ε. 5.

Αςερ' οπωρινω εναλιγκιον —

Ομβρῳ πολλῳ οπωρινω — Heſ. ε. 675.

—— *και οπωρινον ομβρον*. Ib. 672. potius igitur *licenter* Heſiodus, qui ſimul corripit, & producit, quam Homerus, qui ubique produxit. Utrumvis tamen ſequi licitum eſt, modo non eodem tempore & carmine.

Corripiuntur etiam nomina derivativa in *ισις*, & *ιτος*, ut *κρισις*, *κτισις*, &c. *ακριτος*, *αφθιτος*, *αχλιτος*, &c. Sic in *ικος*, & *ιμος*, ut *πρακτικος*, *νοςιμος*, &c. At in *ιμα* variant, ſecundum primitivi quantitatem, ut *κριμα*, a *κεκριμαι*; ſed *χριμα*, a *χριω*, *χρισω*; *μηνιμα*, &c. quæ modò ab uſu & lectione diſcenda ſunt.

Et patronymica in *ιδης*, ut *Νεςοριδης*, &c.

Item diminutiva in *ιδευς*, ut *Λυκιδευς*, *Ερωτιδευς*, &c. & quæ diminuendi notionem retinent in *ιλος*, ut *Ζωιλος*, *Ναυτιλος*, &c. Adde comparativa in *ιων*, ut,

Ως ηδιον γλυκιον —— Odyſ. ι. 34.

—— *μελιτος γλυκιων ρεεν αυδη*. Il. *α*. 249.

Notantur autem hæc comparativa ſermone Attico ſemper producere penult.

Φρονουσι γαρ κακιον Ελληνων πολύ. Eur. B. 483.

Reliqua nomina in *ιων* protrahunt penultimam, cum in obliquis incrementum breve eſt in *ονος*, ut *Αμφιων*, *Χιων*, *Τπειριων*, &c. contra breviatur, cum incrementum longum eſt, & deſinit in *ωνος*, ut, *Δευκαλιων*, *Μολιων*, &c.

N. utroque modo variantur *Κρονιων*, *Ωριων*, & (ut quidam volunt) *βραχιων*.

Penultima verborum in *υνω*, *υρω*, & *υχω* plerumque producitur, ut *ιθυνω*, *κυρω*, *βρυχω*, ſic *μαρτυρομαι*, &c. Sed ab eorumdem futuris deducta corripiuntur, ut *κυρεω*, *μαρτυρεω*, &c.

Verba in *υω* penultimam variant; & nihil vetat, quin omnibus, ex idonea auctoritate, ut communibus abuti liceat.

Υ in polyſyllabis nominibus in *υνη*, & quibuſdam quintæ in *υτης*, corripitur, ut, *γηθοσυνη*, *βραδυτης*, &c.

Item

Item in diminutivis in υλος, ut μικκῠλος, ερωτῠλος, &c. Et Adjectivis quamplurimis in υνος, & υρος, ut γηθοσῠνος, πιθῠνος, μινῠρος, βλοσῡρος, &c. Excipe οϊζῡρος, οχῡρος, & ſi qua alia. Et in verbalibus in υσις, ut λῠσις, φῠσις, &c. Producitur autem in υμα, υμος, υτηρ, υτωρ, ut λῡμα, χῡμος, ρῡτηρ, μηνῡτωρ, &c. plerumque etiam in υτος, υτης, & υτις, ut Κωκῡτος, ατρῡτος, ρῡτος, ρῡτις, πρεσβῡτης, πρεσβῡτις, &c. Excipias quædam a præteritis deducta, ut λῠτος, δῠτος, (unde αδῠτον), θῠτος, φῠτος, & ſimilia, cum compoſitis.

C A P. VI.

Ancipitum Quantitas in ultimis Syllabis.

A Finita corripiuntur, ut, μοῖρᾰ, τραπεζᾰ, ινᾰ, τετῠφα, τυψασᾰ. — Excipe

1. A purum, ut Αθηναιᾱ, θεᾱ, φιλιᾱ, σικυᾱ, σεληναιᾱ, προφητειᾱ; præter verbalia in τεια, ut, ψαλτειᾰ, & quæ manant ab adjectivis in ης, ut, αληθειᾰ; item feminina ἱερειᾰ, αγγελιειᾰ — Muſ. 31. — Apoll. 4. 1217. & nomina urbium, quæ a viris illuſtribus appellationem habeant, ut, Αντιοχειᾰ, ſic & Βατιειᾰ, nomen Collis; Κωδειᾰ, *caput*; ναπειᾰ, *ſinapi*.
2. Doricum α pro η vel ε, ut, φαμᾱ, Αινειᾱ.
3. Deſinentia in δα, ut Βασιλινδᾰ, Ληδᾱ; in θα, ut Σιμαιθᾱ, præter ηλιθᾰ; in ρα, (non præcedente diphthongo) ut καρᾱ, πηρᾱ, χαρᾱ, præter αγχυρᾰ, γεφυρᾰ, ολυρᾰ, Κορκυρᾰ; & quæ habent alteram conſonantem cum ρ, ut, αγρᾱ, πετρᾱ, αχεϛρᾱ, φαιδρᾱ, præter σκολοπενδρᾰ, παναγρᾰ: Excipe etiam aor. 1. & præter. m. verborum in ρω, ut, διεφθειρᾰ, διεφθορᾰ; επειρᾰ, πεπορᾰ.
4. Omnia feminina ab adjectivis in ος, præter διᾰ, ποτνιᾰ, ιᾰ, & μιᾰ.
5. Dualia in α primæ, & ſecundæ declinationis, Αινειᾱ, Μουσᾱ; item καλλᾱ, cum compoſitis, & vocativos poeticos, ut Πολυδαμᾱ, Λαοδαμᾱ.

Αν finita corripiuntur, ut ᾰν, παμπᾰν, Αιᾰν, μελᾰν, ποιησᾰν, &c. Phocylides v. 35. produxit ισωσαν, ut

Ισωσᾱν ὁμοτιμοι — Sed licenter, ob Cæſuram, aut vo-

vocalem aſpiratam in voce proxima ſequentem — Vid. Cler. ad Il. α. 51.

Excipe maſculina in αν, ut Τιτᾶν, & Πᾶν, niſi in compoſitis; Accuſativos etiam primæ & ſecundæ declinationis, nominum ſcilicet, quæ habent longam in recto, ut Αινειᾶν, φιλιᾶν. Sed ποτνιαν, φυζαν, &c. ultimam brevem habent, quia itidem rectum ſequuntur. — Hom. V. 24. — Il. ρ. 381.

—— Κωδειαν ανασχων. Il. ξ. 499.

Αχρηςον μετανοιαν εμεμφετο — B. 69.

Item excipe adverbia, ut αγᾶν, λιᾶν, περᾶν; ſed ονᾶν breve eſt.

Αρ finita corripiuntur, ut, αυτᾰρ, ονᾰρ, νεκτᾰρ, μακᾰρ; præter monoſyllaba κᾱρ, & ψᾱρ.

Ας finita producuntur, ut Αινειᾶς, ιμᾶς, Μυσᾶς, τυψᾶς, — præter nomina impariſyllabice inflexa, quæ non formant genitivum in αντος, ut μελᾰς, μεγᾰς, λαμπᾰς, σελᾰς; & accuſativos plurales quintæ ſimplicium, ut Τιτανᾰς, τυπτοντᾰς; item adverbia, ut ατρεμας, αγκᾰς. — Nec non in ſecundis aoriſti primi & præteriti activorum, & præteriti m. corripitur, ut ετυψᾰς, τετυφᾰς, τετυπᾰς.

Ι finita brevia ſunt, ut ιφῐ, ὀτῐ, μελῐ, τυπτουσῐ, Αιαντῐ, τιθημῐ; præter contracta, ut σινηπῑ; & adverbia, ſeu pronomina, aucta per Paragogen, ut νυνῑ, ουτοσῑ; & Atticum ι, ut οδῑ, δευρῑ, ταυτῑ; item, κρῑ, & nomina literarum, ξῑ, πῑ.

Adverbia in τι tutius ſemper corripiuntur, ut,

—— μεγας μεγαλωστῐ τανυσθεις. Il. σ. 26.

Sic μελεϊστι — Il. ω. 409. — Πελοποννησιστῐ, Theocr. 5. 92. — αμογητῐ — Call. 3. 25., &c. Licet producantur αφρικτῑ. Call. 3. 65. — εγρηγορτῑ. Il. κ. 182. — ανιδρωτῑ. Il. ο. 228. — αναιμωτῑ. Il. ρ. 363. Verumtamen in omnibus hiſce locis τι Cæſura eſt.

Ιν finita brevia ſunt, ut τυπτουσῐν, εριν, παλῐν. Excipe ιν, ῑνος, ut ρηγμῑν, & nomina dicatalecta, ut ῑν, ρῑν, λῑν, ακτῑν, δελφῑν. — Producuntur etiam ἡμῖν, ὑμῖν; ſed ἥμιν, vel ἧμιν, ἀμμιν, ὗμιν, ὑμμιν Poetice, & Æolice brevia ſunt.

Ις finita brevia ſunt, ut τρις, πολῐς, τυραννῐς. — Excipe,

1. Nomina monoſyllaba. (præter τις indefinitum) & dicatalecta, ῑς, ρῑς, λῑς, ακτῑς, δελφῑς; excipe etiam no-

nominativum pluralem Ionice contractum, αἱ πολῖς. (Labb. p. 50.) — Communia dicuntur eſſe Αχεις, Περσις, νεβεις. — Πατεις vero plerumque breve,

— και πατεις αρυρα. Odyſ. α. 407.

2. Diſyllaba feminina in ις, ῖδος, & ῖθος: ut αρπῖς, αψῖς, βαλβῖς, κληῖς, κνημῖς, &c.

3. Hyperdiſyllaba, cum duabus brevibus ante ultimam, ut, βατραχῖς, καλαμῖς, κανονῖς, κεραῗς, πλοκαμῖς, ραφανῖς.

Υ finita corripiuntur, ut σῠ, γονῠ, γλυκῠ, δακρῠ.

Excipe tertias perſonas ſingulares quartæ conjugationis in μι, in imperfecto, ut εδῡ, εφῡ, ζευγνῡ, δαινῡ. — Item nomina literarum μῡ, νῡ; & adverbia fictitia, ῡ, & γρῡ. Quidam tradunt adverbia finita in υ corripi, excepto αντικρυ. — Sed & hoc corripitur:

— θεοῖς αντικρῠ μαχεσθαι. Il. ε. 819.

Nec productum legitur, niſi cum forte Cæſuram patitur, ut,

Αλλα καταντικρυ τεγεος πεσεν — Odyſ. κ. 559.

Υν finita brevia ſunt, ut σῠν, πολῠν, βραδῠν; præter νῦν, μῦν, & quæ υς in nominativo habent longam, ut ιλῦν, ιχθῦν, κλιτῦν; & dicatalecta, ut φορκῦν; vel υν, υνος, ut μοσσῦν; primas etiam perſonas verborum in μι, ut ζευγνῦν, εφῦν. Sed neutrum ζευγνὺν breviatur, quemadmodum & cetera omnia neutra participiorum. (Labbæus p. 68.) & ſic εφῦν in tertia plurali Bæotice pro εφυσαν.

Υρ finita producuntur, ut πῦρ, μαρτῦρ, ψιφῦρ.

Υς finita corripiuntur, ut βαθῠς, κορῠς, πηχῠς, αδακρῠς.

Excipe, quæ declinantur per ος purum, ut ιλῦς, ιχθῦς, αρκῦς, αχλῦς, νηδῦς, οφρῦς; & dicatalecta, ut φορκῦς; item monoſyllaba, ut μῦς, σῦς; & participia quartæ in μι, ut ζευγνῦς.

F I N I S.

523569

	ERRATA	CORRIGE.
	Αὐτολεξὶ	Αὐτολεξεὶ
Pag. 2.	Abidi	Abydi
Pag. 15.	Αλύης	Αλύεις
Pag. 27.	πελέκῳ	πελέκκῳ
Pag. 43.	Ασῖνὴς	Ασῖνὴς
Pag. 50.	Iſthmum Corinth.	Iſthmus Corinth.
Pag. 57.	Thryni	Thyni
Pag. 79.	Διπνῖτις	Δειπνῖτις
Pag. 112.	῎Ιθυντὴρ	῎Ιθυντὴρ
Pag. 131.	Κῐνῡρα	Κῑνῠρα
Pag. 137.	πύρ	πῦρ
Pag. 206.	πνῑγεὺς	πνῑγεὺς
Pag. 207.	πνῑγηρὸς, πνῑγώδης	πνῐγηρὸς, πνῑγώδης
Pag. 228.	229. Ρῡπαίνω, Ρῡπαρία, Ρῡπαρὸς, &c.	Ρῠπαίνω, Ρῠπαρία, &c.
Pag. 239.	Σ῀ρος	Σῖρος
Pag. 242.	Σκῦτἄλη	Σκῦτἄλη
Pag. 244.	Σταμῖνες	Στἄμῖνες
Pag. 281.	μύθον	μῦθον

523569
B